



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus VI. Singularia Festorum Mensis Junij, qui habet dies XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

TITULUS VI.
Singularia Festorum Mensis Junij,
 qui habet dies XXX.

Quia hoc quoque Mense con-
 tingere solet, ut fiat trans-
 latio quorundam Festorum
 à Tempore Paschali ad non Pascha-
 le, aut vicissim à Tempore non Pa-
 schali ad Tempus Paschale; ideo,
 si fiat translatio alicujus Festi à Tem-
 pore Paschali ad Tempus non Pa-
 schale, Officium, & Missa dicuntur
 de eo Ritu non Paschali; si verò fiat
 Translatio à Tempore non Pascha-
 li ad Tempus Paschale, dicuntur
 ambo, prout Tempore Paschali.

1. *Extra Tempus Paschale* Prima
 die hujus Mensis non impedita Festò
 9. Lctionum (seu occurrente, seu etiam
 Translato) alioquin alia sequenti die
 similiter non impedita, dicitur in
 Choro post Officium diei *Officium De-*
functorum, id est, *Vesperæ Defunctorum*
 post pridianas *Vesperas* diei;
 Marucinum verò, & *Laudes Defun-*
ctorum post *Laudes* diei (nisi alia
 sit consuetudo Ecclesiarum) post di-
 ctum Versum: *Benedicamus*, & omisso
 Versu: *Fidelium anima &c* in primis
Vesperis, ac *Laudibus* diei: dicitur
 autem ad Marit: solummodo unum
Nocturnum, sine *Invitatorio*, ut su-
 præ 27. Maij.

Prima isidem hujus Mensis Die,

non impedita Festò 9. Lctionum
 citur extra Tempus Paschale
 principalis Generaliter pro De-
 ctis Sacerdotibus, Benefactoribus
 alijs, nempe *quotidiana* pro Defunctis
 Si verò in ea fuerit Festum Simpliciter
 vel FERIA, quæ propriam
 Missam [pro quali à Directoribus
 mano de anno 1710. 27. Octobri
 betur etiam illa, in quam cadit
Vigilia] vel in ea resumenda sit
 sa Dominicæ præcedentis, quæ
 impedita, & infra Hebdomadam
 non occurrat alius Dies, in quo
 resumitur possit, in Ecclesijs Cathedra-
 libus & Collegiatis dici debet
 2. *Missæ Conventuales*, una pro
functis, alia de *Festo Simpliciter*, vel
 riâ prædictâ, Tempore à Rubrica
 Gen: XV. aliàs allegatâ, in
 li Rom: præscriptò: in Ecclesijs ve-
 rò non Cathedralibus, nec Collegiatis
 dicenda est in tali Casu Missa
 die, cum Commemoratione gene-
 liter pro Defunctis, addendo Ora-
 tioni diei *Collectam Fidelium*, & quæ-
 dem semper penultimo locò, etiam
 v.g. in Sabbato, quò sit de B. V. in
 Sabbato, occurrat simul Festum Sim-
 plex, de quo pariter facienda sit
 Commemoratio, aut etiam necessa-
 rium

ritum sic 4. Orationibus ex præscri-
pro dicendis superaddere quintam,
ut indelictum penultimò locò dici possit.

Insuper quavis Feriali II. hujus,
et seqq: Mensium (extra Tempus
Paschale tamen) in qua Officium
de Feria, dici potest Missa prin-
cipalis pro Defunctis: si autem fue-
rit propria Missa de Feria, vel de Fe-
sta simpliciter, vel resumenda sit Missa Do-
minica præcedentis, tunc in Missa de
die fiat Commemoratio generaliter
pro Defunctis, ut supra.

Si hodie factum est de Feria, &
etiam non occurrat fieri de B. V. in
Sabbato, nec de Dominica, nec de Fe-
sto aut Offic. 9. Lektion. hodiernæ Ve-
speræ dicuntur usque ad Caput: de
Feria corrente, ut in Pfalterio, à
Capitulo verò de Festo seq. Col. Rub.

1. Ss. MARCELLINI, PETRI, at-
que ERASMI MM. Simpl. Col. Rub.
Oratio: *DEUS, qui nos annua &c*,
ultima de Comuni plurim: Mart.
Lectio I. de Sac. Script. 2. & 3. pro-
pria, reliqua de dicto Comuni plur:
MM. Temp. Paschali, vel non Pa-
schali, pro qualitate Temporis. Mis-
sa, uti notatur in Propr: Sancto-
rum; quæ verò hoc Festum incidit modò
in Tempus Paschale, modò in Tem-
pus non Paschale; modò item in
diem non ita impeditum, quin de
eo saltem fieri Commemoratio, vel
etiam nona Lectio dici queat; mo-
dò autem in diem ita impeditum,
ut ne quidem Commemorationem,

[Pars II.]

saltem in Missa, ut, cum incidit in
Vigiliam Pentecostes, vel etiam in
Officio (ut cum incidit in Triduum
primum Pentecostes, aut in Festum
aliud 1. Classis, v. g. Corporis Chri-
sti) facere de illo liceat, ideò OFFI-
CIUM & MISSA hujus diei ordinan-
da sunt modò superius die 14. 17. &
28. April. necnon die 10. & 27. Maij
descriptò.

VESPERÆ FERIALES. Col. Tempo-
ri conveniens.

5. Nisi hodie occurrat Festum
altioris Ritùs, nec crastinum Festum
ob occurrentem v. g. Vigiliam, aut
Octavam Pentecostes, vel Festum
Ss. Trinitatis, aut Corporis Christi,
debeat transferri, Vesperæ hodie-
næ in Ecclesia universali integrè di-
cuntur de S. Norberto Episc. & Conf.
ac Sac. Ord: Præmonstrar: Fundat.
Oratio propr. Reliqua, ut in Com-
muni Conf: Pontif: Ritu dupl. Pa-
schali, vel non Paschali, pro exi-
gentia Temporis. Col. Alb.

6. S. NORBERTI Episc. & Conf.
Dupl. min. Col. Alb. In Offic. Lect.
I. Noct: de Scriptura occurrente; ni-
si ponendum sit Initium alicujus
Libri S. Script. nondum positum.
Lect: II. Noct. propr. III. Nocturni
(*Homo peregrè &c*) & reliqua de
Comuni Confess. Pontif: Ritu Pa-
schali, vel non Paschali pro quali-
tate Temporis. Si transferatur hoc
Festum, in Hymno *Iste Confessor*
&c mutatur 3. Versus.

[X]

Missa;

Missæ : *Statuit &c.*, 1. de Comuni Confess. Pont. dicenda Ritu Paschali, vel non Paschali (pro Ratione Temp.) cum *Gloria sine Credo*: nisi veniat in Dominica, vel infra Octavam, v. g. Ascens. Oratio propr. Præfat. Communis, nisi veniat infra Tempus Paschale, vel Octavam, quæ propr. habet Præf. *Col. Alb.*

VESPERÆ secundæ (nisi cras occurrat Festum æqualis, aut altioris Ritûs) dic: integræ de S. Norberto, ut in Comuni Conf. Pont. In 2. Vesperis Orat: ut in 1. Vesperis. *Col. Alb.*

Si cras occurrat Festum 1. Classis (dignius S. Norberto) fit de S. Norberto ibi tantum Commemoratio in hod: Vesperis, ubi S. Norbertus est Duplex 1. vel 2. Classis; at verò, si cras occurrat Duplex minor in Casu Vesperæ à Capitulo dicunt: hodie de sequenti, cum Commemorat: præcedentis, & tunc *Col.* sequenti Festo conveniens.

Si Festum S. Norberti veniat infra Octavam Ascensionis, vel in Vigilia, aut infra Octavam Pentecostes &c. OFFICIUM, & MISSA hodie ordinanda sunt, ut supra 29. ac 30. Aprilis, nec non 2. & 10. Maij, ac denique 26. ejusdem, quando occurrat in Festo Corp. Christi.

Circumfertur Decretum Urbani VIII. de anno 1625. quo Festum S. Norberti transfertur in Diem 11.

Julij, sed Idem Pontifex (ut hic testatur Gavant.) anno 1631. claravit, ab Ordine tantum Præstratenfi transferendum id esse in eam Diem, non à reliquo Clero.

8. Vesperæ, & alia, ut pro hujus.

9. Ss. PRIMI, & FELICIANI M. Simpl: *Col. Rub.* Oratio propr. *Lectione de Script:* occurrente, 2. & 3. pro Responsorium 2. *Hæc est vera Humanitas &c.* exstans ante Laudes Mart: & in quibusdam Breviariis in Ordine. Reliqua de Comuni plur: MM. Tempore Paschali vel non paschali, pro qualitate temporis modò 14. 17. & 28. April: item 10. 27. Maij &c. descriptò. Missæ extra Tempus Paschale, uti necesse est die in Propr. Sanctò: cum Oratio propr. & *Gloria sine Credo.* Oratio à *Cunctis* (nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum sit: *Fidelium*) ad Libitum. Præf. Commun. Quæ verò hoc Festum occurrat modò intra, modò extra Tempus Paschale, & quandòq; incidit in diès aut noctes, aut secundum quid impeditos, Officium, & Missa hujus diei ordinanda sunt eò proportionaliter modò, quò 2. hujus, & diebus ibidem citatis: Vesperæ dic: sub Ritu Semiduo de crastino Festo S. Margaritæ & Scotiæ, nisi incidat in diem impeditam, qualis est Festum Ss. Corporis Christi, & tota etiam hujus Oratio

[ubi S. Margarita in ea occurrat] ubi S. Margarita in ea occurrat

est Festum Duplex] & similiter quæ-
ritur *Dies Dominica &c.* Oratio propria,
quæ in Breviarijs minùs Recentibus
extra: intrer Officia ad libit. 8. Ju-
lij. Reliqua de Commun: Sanctar:
nec Virg: nec Mart: Ritu Pasch. vel
non Paschali pro exigentia Tem-
por. Col. Alb.

10. S. MARGARITÆ Reg Scotiæ.
Semidupl. Col. Alb. OFFIC. de Com-
mun: Sanctar: nec Virg: nec Mart:
Ritu Paschali, vel non Paschali pro
exigentia Tempor. Lect. I. Noct: de
Scriptura occurrēte; nisi ponē-
dum sit Initium alicujus Epist: vel
Libri S. Scripturæ nondum positum.
Lect. II. Nocturni: (uti & Oratio)
propria, extantque in Breviarijs mi-
nùs Recentibus inter Festa ad Libi-
tum, 8. Julij: quia verò modò est
Festum de Præcepto habens assigna-
tum hunc diem, ideò in fine Lectio-
nis Sextæ post *Colitur* omittenda sunt
illa Verba: *Cujus Festum ab eodem
Pontifice &c.* ubi etiamnum haben-
tur adjecta. Lect. III. Nocturni: *Si-
mile est Regnum Cælorum Thesauo &c.*
de Comuni non Virg. Si transfe-
ratur hodiernum Festum in diem,
quò occurrit Festum Simplex, dici-
tur de hoc 9. Lectio, si propriam ha-
beat (faciendo ex duabus unam, si
duas habeat) & fit de eodem in *Of-
ficio & Missa* Commemoratio suis
locis.

MISSA: *Cognovi &c.* ex eodem
Communi, cum *Gloria* sine *Credo*, O-

ratio 1. propria. 2. Tempore Pascha-
li de Officio Octavæ currentis. 3.
Concede. Præf. de Octav: curr: sine e-
jus *Communicantes*: Tempore autem
non Paschali 2. Oratio: *A Cunctis*. 3.
ad Libitum, nisi occurrat Festum
Simplex: tunc enim Orat. 2: est de
Simplici. 3. *A Cunctis*. Præf. Comun.
Col. Alb.

Si hodiern: Festum incidat in
Feriam VI. post diem Octavam A-
scensionis (uti contigit 1707.) aut in
illam transferatur, tunc in ejus Lau-
dibus. 2. Vesperis, ac Missa (in qua
tunc Præfatio de Ascens: *Communi-
cantes* verò Commune) fit Com-
memoratio Officij hujus diei, sine pre-
cibus tamen ad *Primam*, & *Comple-
torium*, uti habetur in Rubricâ, Fe-
riæ VI. post Octavam Ascens: præfi-
xâ: atque hoc etiam observatur in
alijs Festis 9. Lectionum, in dicta Fe-
ria occurrentibus, nisi ea fuerint ex
Solennioribus, ut dicitur in *Rubr: de Com-
memorationibus*, non tamen fit Com-
memoratio Officij hodiernæ Feriæ in
Vesperis pridianis, h. e. Secundis
diei Octavæ Ascensionis.

Si hodiernum Festum incidat
in *Vigiliam* aut *Triduum Pentecostes*, vel
in *hujus*, aut *Corporis Christi Octavam*,
tunc transfertur post Octavam Pen-
tecostes, aut Corporis Christi.

Quòd si erastinum Festum in-
cidat in *Vigiliam Pentecostes*, tunc ho-
diernæ Vesperæ dicuntur de S. Mar-
garita, cum Commemoratione Offi-
cij

si hujus Diei, pro qua Antiph: *Hac locutus sum &c.* Verſ: *Dominus in Cælo &c.* Oratio: *Omnipotens ſempiternæ DEUS &c.* ex Dominica præced. Col. Alb. In alijs circa hoc Feſtum *Occurrentijs*, & *Concurrentijs* procedendum eſt, ut ſuprà die 10. & 25. Maij &c.

Quòd ſi verò craſtinum Feſtum non incidat in diem impeditum (quales ſunt *Vigilia*, *Oſtava*, & *Feſtum Pentecostes*, necnon *Feſtum SS. Trinitatis*, & *Corporis Chriſti &c.*) tunc hodiernæ *Vesperæ* dicentur de illo ſub Ritu duplici majore, eòque Paſchali, vel non Paſchali pro exigentia Temporis. Oratio propr. Reliqua de Comuni Apoſtolorum Temp: Paſchali, vel non Paſch: Commemoratio præced. Col. Rub.

II. S. BARNABÆ Apoſt. Dupl. maj. Col. Rub. OFFIC: ut in Comuni Apoſtolor: (Tempore Paſchali, vel non Paſchali) & proprio loco: ubi assignantur propriae Lectiones pro ſingulis Nocturnis, atque etiam Oratio propria.

Si celebretur hoc Feſtum Tempore non Paſchali, tunc Miſſa dic: uti notatur hac die in Proprio Sanctorum, & incipit: *Mihi autem &c.* Si verò celebretur Tempore Paſchali (id, quod contingit, ſi incidat in Feriam VI. poſt diem Octav: *Ascenſ:* uti factum annò 1666.) tunc dicitur *Miſſa*, ut in Feſto S. Marci Evang. 25. Aprilis: Exceptis *Orationibus*, *Epistolâ*, & *Evangelio*, quæ diouitur

ut in propria Miſſa. Gav: & *Prop: bica.* Sive autem celebretur te, ſive poſt Pentecosten, diei Miſſa *Glor: & Credo.* unacum *Prop:* de Apoſtolis etiam in Caſu, quòd nit infra Octav: *Corporis Chriſti* qua Octava tunc facienda eſt Commemoratio tam in *Officio*, quam *Miſſa.* Col. Rub.

In 2. *Vesperis* (dicendis, in 2. *Vesperis* de Comuni: Apoſtolor: Tempore Paſchali, vel non Paſchali, exceptâ *Oratione* propria, Commemoratio: de Feſto *Simplici* ſequenti itidem Ritu Paſchali, non Paſchali. Excipe eas *Excipientias*, in quibus Feſtum S. Barnabæ eſt Feſtum 1. *Clasſis*, in his enim juxta Rubr: de Commemorat: & Tab: concurr: nec in 2. *Vesperis* facienda eſt Commemoratio in concuſu cum Feſto *Simplici* ſequenti. Col. Rub. Quo modo autem ordinandum ſit *Officiâ* quoad Lectiones 2. & 3. Nocturnis Octavam ibi, ubi S. Barnabæ celebratur cum *Oſtava*, vide in *Oſtaviâ* Rom: ubi pro I. Noct: assignantur infra Octav: *Leſt:* de *Scriptura* concurr: pro II. Noct: de *Communi* Octava Apoſtolorum, ut ibi à folio 183. pro III. Noct: propriae, ut ibi à folio 141.

Si incidat hoc Feſt: in Feſt: aut *Vigiliam*, aut in *Oſtavam Pentecostes*, vel in Feſtum *SS. Trinitatis*, transferretur in diem proximam non impediendam: Si verò hoc, aut quodcunque aliud Feſtum

Quam veniat in Festo Ss. Corporis Christi, tunc juxta Rubr: Gen: VII. n. 3. transferretur post totam hujus Octavam, modo non sit Festum dupl: 1. Classis; nam de Duplicibus 1. Classis etiam translatis fit infra Octavam Corporis Christi (die proximò, quò alioquì faciendum esset Officium de die infra Octavam) esto fieri nequeat infra illam de alijs Duplicibus translatis, etiam 2. Classis. Prima Pars constat ex Rubr: Gen. X. n. 1. juxta quam Festum Nativit: S. Joannis Baptistæ in die Corporis Christi occurrens transferretur in sequentem diem cum Commemoratione Octavæ, ita tamen, ut in 2. Vesperis Corporis Christi fiat de S. Joanne Baptista tantum Commemoratio, uti expressè habetur Rubr: Gen: X. n. cit. Secunda verò Pars constat tum ex Rubr: VII. Gen. paulò antè cit: tum ex speciali alia Festo Corp. Christi præfixâ, & Decr: S. R. C. mox citando. Vid. P. Claud: la Croix Tom. 4. l. 4. n. 1274. Si verò hoc, aut Festum Duplex aliud quodcumque occurrat in die aliquo infra Octavam Ss. Corporis Christi, fit de illo, cum Commemoratione tamen octavæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, etiam si Festum illud infra eam Octavam occurrens sit 1. Classis: nam de Octava Corporis Christi (idem est de Octava Nativit: & Epiph: Domini) semper fit Commemoratio, si quod Festum infra illas celebretur, uti constat ex Rubr: Gen: VII. Breviar: n. 3.

12. Ss. BASILIDIS, CYRINI, NAZARII, & NAZARII MM. Simplex. Col. Rub. Quia hoc Festum incidit modò in Tempus Paschale, modò in Tempus non Paschale; aliquando item in Vigiliam, aut in Festum Pentecostes &c, aut in Festum, vel Octavâ Corp: Christi, ideo Officium, & Missa hujus diei ordinanda sunt, ut supra 27. Maij, & 2. Junij. Si fiat hodie de Ss. Martyribus, Lectio prima dic: de Scriptura occur: nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Script. Secunda, & Tertia propriæ (uti & Oratio) prout notantur in loco. Col. Rub.

Vesperæ Ritu duplici minore de Festo sequenti, nisi hoc cadat in Festum, vel Octavam Pentec: aut in Festum Ss. Trinitatis, vel Corporis Christi. Orat: propria. Reliqua de Commun: Confess: non Pontif. Col. Alb. Si transferatur Festum sequens, in Hymn: Iste Confessor mutatur 3. Vers. Col. Alb. Si hodie fuit factum de Die Octava Corporis Christi, tunc de sequenti Duplici in hodiernis Vesperis fit tantum Commemoratio, nisi id Ritu duplici 1. vel. 2. Classis alicubi celebretur, nam ibi de Festo fiet Officium, Vesperar: & de Octava tantum Commemoratio.

13. S. ANTONII de Padua Conf. Dupl. min. Col. Alb. Si incidat hoc Festum in Diem, aut Octavam Pentecostes, vel in Dominicam Ss. Trinitatis, transferretur ubique in Diem proximam non impeditam Festo 9: [X 3] Le.

Lectio post Festum SS. Trinitatis, & tunc in Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus. Si verò incidat in *Diem SS. Corporis Christi*, transferatur post totam hujus Octavam, etiam ibi, ubi celebratur Ritu duplici 2. Classis; siquidem S. R. C. 1664. 12. Julij decrevisse fertur, infra Octavam SS. Corporis Christi non esse agendum de Officijs, seu *Festis translatis* Ritu duplici 1. Classis non decoratis, & satis colligitur ex Rubricis Gen: die præcedente citatis, uti, & speciali præfixâ Vesperis Festi SS. Corporis Christi, nec non alia exstante post Missam ejusdem Festi. Posse autem S. Antonium ibi, ubi tanquam Patronus, seu Titularis Ecclesie celebratur Ritu duplici 1. Classis, in Casu, quò cadit in Festum Corporis Christi, etiam in *Diem infra Octavam Corporis Christi* transferri, quò alioqui faciendum esset de Octava, constat pariter ex dictis: quod enim Rubrica Gen. X. n. 1. permittens Translationem Nativitatis S. Joan. Baptistæ in diem proximam non impediam infra Octavam SS. Corporis Christi, quando id Festum incidit in Festum Corporis Christi, explicitè disponit de Festo Nativitatis S. Præcursoris Domini dictò modò transferendo, eò ipsò etiam implicitè disponere viderur de quocunque alio Festo 1. Classis alicubi aliquando occurrente in Festo Corporis Christi, ut indicat Gavanti Tom.

2. P. 3. c. 8. n. 2. ubi loquens de Octava ait: Octavam Corporis Christi post ultimam Breviarj recognitionem admittere quidem Festa duplici infra eam occurrentia, non tam translata, nisi ea sint altioris Ordinis, uti Festum S. Joannis quod in Exempla locò adducit. Id ipsum sentit P. La Croix loc: supra citò disertis verbis traditur à Bauld. c. 16. a. 1. n. 3. & a. 14. n. 1. ubi addit si Festum S. Joan. Baptistæ occurrat in Festo SS. Corporis Christi, Festo VI. mox subsequente celebrari non possit, eò quòd illa Festo duplici currente alicubi sic fortè impeditur transferendum illud tunc esse in loquens Sabbatum &c. Licet autem suppositò Decretò superius allegatò Octava Corporis Christi non petende admittat Festa duplici translata 2. Classis, potest tamen in ijs Ecclesijs in quibus celebratur Festum duplex etiam tantum 2. Classis, Feria IV. V. VI. & Sabbatò infra Octavam Persecutionis (si in aliquam horum Dierum cadat) præter Missam solennem *De Die* cantari insuper alia sollemnis de *Tali Festo* transferendo, & ubi hoc alioquin admittit Symbolum (id est *Credo* in Missa) etiam istud dici, cum unica Oratione ult: Evang. S. Joannis: In Missa verò privatis (dicendis de die currentis Octavæ) fieri poterit Commemoratio de ejusmodi Festo cadente in aliquam prædictarum Dierum infra

fra Octavam Pentecostes, uti tradunt Rubricistæ, nominatim Mich. Bauld. p. 3. c. 7. Tit. 6. ad Rubr. Gen. VI. Missal. ubi addit: si hoc, aut simile Festum occurrat in quatuor Temporibus Pentecostes, dicentur ambæ Missæ solennes post Nonam; & ea quæ dicitur de Festo (per modum Votivæ solennis) dicenda est ultimo loco; alioquin (puta Feria V. illius Octavæ) ea, quæ est de Die, post dictam in Choro Tertiam, ea verò, quæ est de Festo transferendo, post Nonam dici debet. Quæ omnia ex Rubr. Gen. Missal. VI. de transferat. Festor. & XV. de hora celebrandi Missæ deducit, ac colligit cit. Bauld. P. III. c. 7. Tit. 6. & c. Edit. noviss. Quod si verò hoc, aut aliud Festum etiam 1. Classis incidat in 1. Triduum Pentec: aut in Festum Ss. Corporis Christi, tunc nè quidem Missa votiva solennis dici potest de Festo quocumque, etiam 1. Classis, modò velatis Diebus occurrente. Secus est, si occurrat in Festo Ss. Trinitatis; hoc enim allegata Rubr. Gen: VI. Missal. quoad Missam Votivam Solemnem, de ejusmodi Festo transferendo, in eo occurfu decantandam non excipit. Si Festum S. Antonij, aut aliud ei simile incidat in Diem Octavam Ss. Corporis Christi, fit de illo ibi, ubi id celebratur sub Ritu 1. Classis (cum Commemoratione tamen ubivis facienda de Die Octava Corporis Christi) ubi verò

celebratur Ritu inferiore, ibi S. Ant. transfertur. Bauld. cit. a. 14. His (pro Directione quid in Simili aliorum quorundam Festorum Occurrentiâ sit observandum) non abs re præmissis

OFFICIUM de S. Antonio Patavino dic: ut in Commun. Conf. non Pont. Lect. 1. Noct. de Script: occurrente, nisi ponendum sit Initium S. Scripturæ nondum positum. Lect: II. Nocturni (uti & Oratio) propriæ. III. Noct: *sunt Lumbi &c.*, uti in cit. Comuni.

MISSA, uti notatur in Propr: Sanctor: cum Gloria, sine Credo, nisi ubi est Patronus, aut nisi veniat infra Octavam Corporis Christi, aliâve Similem, vel in Dominica. Oratio unica, & Præf. Commun: nisi veniat infra Octavam Corp. Christi; tunc enim fit Commemoratio de Octava, & de ead: Octava dicitur etiam Præfatio. Si veniat in Dominica, tunc pariter fit de ea Commemoratio (& quidem antè Commemorationem de Octava, si veniat in Dominica, quæ est infra Octavam Corporis Christi) tam in Officio, quàm in Missa; diciturque de eadem Dominica etiam 9. Lectio in Officio, & ult. Evangel. in Missa Col. Alb.

Vesperæ usque ad Caput: de S. Antonio, ut in 2. Vesperis Conf. non Pont. à. Caput: verò de S. Basilio Magno Episc. Conf & Eccles: Doct. ut in Commun: Conf: Pont:

Sed

Sed in Hymn. *Iste Confessor* mutatur
3. Vers. & in utrisque Vesperis dic:
ad *Magnificat* Antiphona: *O Doctor
optime &c.* Oratio: *Exaudi quesumus
&c.* ut in Commun: Conf: Pont: 2.
Iocò. *Col. Alb.* Si cras occurrat Dies
Octava SS. Corporis Christi, tunc
ibi, ubi S. Antonius non celebratur
Officiò duplici 1. vel. 2. Classis, Ve-
speræ hodiernæ erunt de Die Octa-
va Corporis Christi, ut in 1. Vesp-
eris Festi, cum Commemoratione de
S. Antonio; S. Basilius verò tunc
transfertur in Diem proximam non
impeditam Officiò 9. Lctionum.
Ubi verò S. Antonius hodie celebra-
tus fuit Ritu duplici 1. vel 2. Clas-
sis, ibi de Die Octava Corporis
Christi cras occurrente in hodiernis
Vesperis fit tantum Commemoratio,
ut in 1. Vesperis Festi. *Col. Alb.*
Lect: in 2. & 3. Noct. per to-
tam Octavam S. Antonij Paravini
dicendas (ubi Is cum Octava cele-
bratur) assignat Octavarium Roma-
num à fol. 416. & à fol. 424. Quòd
si quandoque tamen Is transferatur
ultra totam Suam Octavam, ut fieri
potest, si v. g. incidat in Festum
Pentecostes, tunc illo anno celebra-
tur sine Octava, nisi alicubi Tiri-
laris Ecclesiæ privilegiò aliter fie-
ri oporteat, uti habetur in Rubr:
Gen: X. n. 1. in fin. Putat quidem
Nostremò *Titulari Ecclesia* hoc dari
absque alio *Speciali requisito consensu*;
quia alias (inquit) illud nisi frustra

contraheretur ad *Titulum*, cum etiam
alijs *requisita* Sedis Apostolicæ
tate dari possit. Ar secus videtur
Henrico Pisart in Director: Canon:
ubi Tir. VII. in Rubr. Brev. in Ve-
illa Rubricæ de Octavis: *Titu-
laris Ecclesia privilegiò aliter fieri
teat*, fol. 110. n. 6. ita scribit: *id est
Speciali privilegio propter Titulum
aliter concedatur.* Nec difficulter
spondebit ad Rationem in oppo-
situm.

14. S. BASILII Magni Ep:
Conf: & Eccles. Doct. Dupl. in
Col. Alb. OFFIC: de Commun. C.
& Pont. In Hymno: *Iste Confessor*
mutatur 3. Vers: Lect: I. Noct. de
Script: Diei curr: II. & III. Noct.
propriæ. Responfor: 8. In *Medio Ec-
clesiæ.* Orat. *Exaudi quesumus*, ut in
Commun: Conf: Pont: 2. Iocò.

MISSA, uti notatur in Prop:
Sanctor. cum *Gloria & Credo.* Octava
Unica (nisi veniat in Dominica,
vel infra Octav.) præfat. Commun:
nisi veniæ infra Octav. Ss. Corpor-
is Christi, aut alicubi infra Octa-
vam Ss. Trinitatis, ubi hæc di. Ti-
tulus Templi. Si veniat in Domi-
nica, in Offic. dic: 9. Lectio, & in
Missâ Evang. de Dominica *col. Alb.*

In 2. Vesperis (in quibus An-
tiphona ad *Magnificat O Doctor opti-
me &c.*) fit Commemoratio de Fe-
sto Simplici sequente, & ante il-
lam de Dominica, seu occurrente
seu

sequente, si quæ aut hodie occur-
rit, aut cras sequatur, uti & postea
de Die infra Octavam, si currat ali-
qua Octava. Col. Alb. Ubi Festum
S. Viti, & Socior: celebratur Ritu
duplici min: ibi Vesperæ hodiernæ
dic: à Capitulo de Sequenti, cum
Commemoratione præcedentis &c.
Col. Rub.. Ubi Verò S. Vitis est Pa-
tronus Titularis Ecclesiæ, adeoque
celebratur Ritu duplici 1. Classis,
ibi in hodiernis Vesperis (dicendis
in integrè de S. Viro) nec de S. Basilio,
nec de Dominica hodie occurrente,
nec de Socijs S. Viti (si Is solus sit
Patronus) sit aliqua Commemora-
tio, bene tamen de Dominica sequen-
te, si S. Vitis incidat in crastinam
Dominicam. Col. Rub.

Circa celebrationem hodierni
Festi ea insuper suò modò sunt ob-
servanda, quæ Die præcedente sunt
amotata circa Festum S. Antonij;
& siquidem etiam S. Basilius alicubi
celebratur cum Octava, Lectiones
II. Nocturni eò modò sunt dicendæ,
ac ordinandæ, quò præscribitur in O-
ctava Romano à folio 305. In III.
verò Noct. uti ibidem à folio 354. &
14. Junij folio 182. & 355.

Si sequens Festum simplex veni-
at in Feria IV. Pentecostes, tunc
nihil fit de eo in hodiernis Vesperis,
quæ tunc de Feria III. Pentec. di-
cuntur, translato S. Basiliò post Fe-
stum SS. Trinit. Col. Rub. Idem est,
si aliud Festum simplex veniat in di-

sta Feria IV. quatuor Tempor:
Pentecostes.

15. SS. VITI, MODESTI, atque
CRESCENTIE MM. Simpl. Col. Rub.
Si veniat hoc Festum in Feria IV.
quatuor Tempor. Pentecostes, tunc,
ubi celebratur Ritu simplici, fit de
eo non nisi Commemoratio in ho-
diernis Laudibus solùm, & Missa,
sine ultima de eo Lectione in Offi-
cio, nec dicitur in Missa hodierna
(in qua tunc Prophetia, Gloria, Se-
quentia, & Credo) 3. Oratio, sed so-
lùm de SS. Vito & Soc: fit suò locò
in ea Commemoratio. Idem est,
si aliud Festum simplex ex præce-
dentibus, aut subsequenter veniat
in dicta Feria IV. quatuor Tem-
por: Pentecostes. Si verò hoc,
aut aliud Festum simplex ex præce-
dentibus, aut subsequenter veniat
in posteriore aliquâ Feriâ infra
Octavam Pentecostes, scilicet vel
Feria V. vel VI. vel Sabbatò illius
Octavæ, tunc fit de eo Commemo-
ratio tam pridie in Vesperis, quàm
in Laudibus hodierni Officij, ac Mis-
sa hodiernæ Diei, sine 9. de eo Le-
ctione in Officio, & absque 3. Ora-
tione (Contra Persecutores Ecclesia, vel
pro Pap.) in Missa currentis Feriæ
Pentecostes. Porro Antiphona, ac
Versus pro Commemoratione Festi
simplicis infra Octavam Pentecostes
modò hactenus relatò occurrentis,
sumuntur de Comuni Martyrum
Tempore paschali, si Festum illud

[Pars II.]

[Y]

- fin -

simplex sit Festum unius, aut plurium Martyrum; si verò non sit Festum Martyris, dicuntur tamen etiam tunc *Ritu Paschali*.

Si autem *hodiernum*, aut aliud Festum *simplex* veniat post Octavam Pentecostes (quæ Octava quoad Officium perinde, ac Octava Resurrectionis in Pasch. terminatur in Sabato sequenti ad Nonam) fiet de eo Ritu non Paschali modò supra descriptò 27. Maij, ac locis ibi citatis, sive veniat ante, sive infra, sive post Octav. Corporis Christi; & siquidè incidat in Festum SS. Trinitatis, non sit de eo Commemoratio in 1. Vesperis illius Diei, seu Festi, sed tantùm in *Laudibus*, & *Missis privatis*, sine 9. de tali Simplici Lectioe, ut ibi: ubi verò Festum SS. Trinitatis est *Titulus Templi* (adeoque Dupl. 1. Class.) ibi ne quidem faciendâ est Commemoratio de Simplici. Quòd si hodiernum Simplex (par Ratio est de alijs) cadat in Diem, quò ipsum *Officium & Missam* de eo dicere fas est, Lectio 1. dic. de Script. Diei currentis. 2. & 3. verò (uti & Oratio) prout norantur in Propr: Sanctorum. Idem est de *Missâ*, quæ pariter est propria, ac dicenda cum *Glor: sine Cred: Orat. 2. à Cunctis*. 3. ad Libit. nisi ratione Mensis, aut Fer: II. Occurrentis, 2. locò dicendum sit *Fidelium*, & 3. *A Cunctis*. Præf. Commun. Col. Rub.

Quòd si hoc Festum alicubi

celebretur sub Ritu duplici minime aut etiã altiore, tunc ordinanda *Officium, & Missa* ad eum proponantur in modum, quò in Festo S. Martini 13. hujus; & siquidem alicubi sit *Patronus Titularis Ecclesie*, celebratur ibi cum Octava (pro qua sunt Offensiones pro II. & III. Noct: supponatur Octavarium Roman: à fol. 354. & 355.) ac in *Missâ Credo*: quod etiam dicitur in *Missâ* de S. Vito Reliquiæ: Quæ autem sint insignes Reliquiæ, declarat R. Congr: in Decreto, *Missalis* & *Breviarijs Romanis* summa præfixo.

Vesperæ FERIALES (nisi hodiernum vel cras factum, aut faciendum alicubi, vel aliquando de Festo 9. Lectionum, aut occurrat Dominica &c.) ut in Psalter. Col. Vr.

18. SS. MARCI, & MARCELLIANI Mart. Simpl. Col. Rub. Si verò at hoc Festum infra Octavam Pentecostes, sit de eo post primum illius Hebdomadæ triduum tantum Commemoratio in pridians Vesperis (nisi hæ fuerint dictæ Ritu dupl. 1. Classis, ut cum Dies 17. Junij incidit in Feriam III. Pentecostes) *Laudibus, & Missâ hodiernæ Diei* Ritu paschali, ut 15. hujus sine ullo de eo Lectioe in Officio de Ferâ corrente. Si incidat in Festum SS. Trinitatis, vel Corporis Christi, vel post alterutrum illorum, pariter eodem

dem proportionaliter modò ordinan-
 de sine Officium, & Missa hujus Diei,
 quo 15. hujus; & siquidem de ipsis
 hodiernis: S. Martyribus ea fiant,
 Lectio 1. & 2. dic: de Script: oc-
 currenre (nisi ponendum sit ipsam
 hincum Libr: Reg.) 3. verò prout
 notatur in Propr: Sanctòr: hac Die.
 Post Lectionem secundam dic: Re-
 sponsoriù: *Hac est vera Fraternitas &c.*
 ut ibi. Orat. propr. uti & missa,
 in qua *Glor: sine Credo.* Oratio 2. à
 Cantù. 3. ad lib: nisi ratione Men-
 sis, aut Feriæ II. secundò locò di-
 cendum sit *Fidelium*, & tertio: à
 Cantù. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ (nisi hodie, aut cras
 fiat Officium 9. Lection.) usque ad
 Capit: dicuntur de Feria currente,
 à Capitulo autem de Festo simplici
 sequente (*Col. Rub.*) nisi hoc inci-
 dat in Sabbatum; tunc enim à Ca-
 pit: dicuntur hodie de S. Maria in
 Sabbat. (*Col. Alb.*) cum Commem-
 oratione Festi simplicis cras occur-
 rentis, cui Commemorationi sub-
 junguntur Commemorationes Com-
 munes modò suprà *P. I. Tit. de Do-*
mnico, ac Fer: post Octav. Epiph. &c.
generatus, nec non Diè 14. Jan: de
clarò.

19. SS. GERVASII, & PROTASII
 MM. Simpl. *Col. Rub.* Si veniat hoc
 Festum in Sabbato quatuor Tempor.
 Pentecostes, fit de eo *in pridianis Ve-*
speris, ac Laudibus hodierni Officii, nec
 non in hodierna Missa solummodo Com-

memoratio, sine ultima de illo Le-
 ctione in Officio hujus Diei: sumun-
 tur autem Antiphonæ, & versus pro
 facienda in vespèris, ac Laudibus
 de his Sanctis Commemoratione, de
 Comuni Martyrum Tempore pas-
 schali: Oratio: *DEUS, qui Nos an-*
nua &c. ut in Comuni plurim:
 Marcyr: loc. ult.

Si autem veniat in Festo SS. Tri-
 nitatis, fit de eo solummodo Com-
 memoratio in Laudibus illius Festi
 (sine 9. Lectione de illo) ac Missis
 duntaxat privatis, & quidem post
 Commemorationem de Dominica
 1. post Pentecosten, de qua tunc dici-
 tur 9. Lectio in Offic: & ultim: E-
 vang: in Missa. Quòd si SS. Trini-
 tas alicubi sit Titulus Templi (ut
 hic Oeniponti) tunc de Festo hodi-
 erno Simplici nec in Officio fit aliquid,
 nec in Missa. Si denique veniat Fe-
 stum hodiernum Simplex post Fe-
 stum SS. Trinitatis (sive ante, sive
 post Octavam SS. Corporis Christi)
 tunc officium & Missa hujus Diei, eò
 modò sunt ordinanda, quò Die 27.
 Maij, nec non 15. ac 18. hujus: & si-
 quidem incidat in Diem, quo Offici-
 um & Missa fieri possunt de ipsis SS.
 Martyribus, Lectio 1. dic: de Script:
 Diei currentis. 2. & 3. verò, uti no-
 rantur in Propr: Sanctòrum, &
 post Secundam illarum dic: Respon-
 sorium: *hac est vera Fraternitas*, ut ibi.
 MISSA (Cujus Introitum composuisse
 fertur S. Gregorius Occasione Pacis
 hoc

hoc Die Sanctitæ inter Imperatorem Romanorum & Regem Longobardorum) pariter tunc dicitur, prout notatur in loco in Propr: Sanctor: cum *Glor: sine Cred: Orat. 2. & 3. ut heri. Præfat: Commun. Col. Rub.*

VESPERÆ (cum ea tamen Exceptione, quâ Die 19. hujus) usque ad Capitulum sunt feriales, hoc est, de Feria currente: à Capitulo verò de Festo Simplicii Sequenti: Oratio: *Infirmiorem nostram &c. 1. de Commun: Un: Martyris Pontificis. Col. Rub.*

20. S. SILVERII PAP. AC MART. Simpl. *Col. Rub.* Si fiat de eo Officium, Lectio 1. sumitur de Scriptura Diei curr: ut supra 27. Maij. 2. & 3. verò prout notantur in Proprio Sanctor: versus, & Responsorium 1. sumuntur ex eo Nocturno unius Martyris, qui responderet Feriæ currenti, at verò Responsorium 2. semper est (si fit de hoc Sancto Officium) *Domine pravenisti &c.* quia non effudit Sanguinem. Missa pariter, uti notatur in Loco, cum *Glor: sine Cred: Oratio 2. & 3. ut heri ac nudius tertius. Præf. Commun. Col. Rub.* Quæ autem porrò sint observanda tam circa OFFICIUM, quàm circa MISSAM, tum hujus tum etiam aliorum *Festorum Simplicium*, extra Tempus Paschale, Diebus tam impeditis, quàm non impeditis occurrentium; Vide supra Die 19. Jan: & Maij, juxta quæ, si incidat hoc Festum in Do-

minicam SS. Trinitatis, nulla fit de eo Commemoratio in primis Vesperis SS. Trinitatis, sed tantum in Laudibus, ac Missis privatis hodie Festi, sine 9. Lectione de Festo Simplicii hodie occurrente, ut etiam constat ex heri dictis, ad quæ, & ulterius annotata Lectorem refero.

Si incidat in Feriam II. post Festum SS. Trinitatis, fiet de eo Commemoratio de Dominica omnino Commemoratio in 2. Vesperis SS. Trinitatis, nisi ubi hæc Titulus Templi, adeoque Festum Class: nam ibi nihil omnino hinc tali Duplici de Festo Simplicii, si occurrente, seu etiam subsequente, quod sæpius jam dictum, atque etiam procedit de Festo SS. Corporis Christi, si hoc, aut aliud Simplex illud incidat. Si veniat infra Octavam Corporis Christi, ea sunt observanda, quæ Die 27. Maij. Si denique hoc, aut aliud Festum Simplex veniat infra Octavam SS. Trinitatis in loco, in quo hæc est Titulus Templi, fit de eo non tantum Commemoratio suis locis in Officio, & Missa, sed etiam dic: de eodem in Lectio, si propriam habeat, faciendo ex duabus unam, si forte duas habeat, ut dictum ibid.

VESPERÆ feriales (nisi hodie aut eras alicubi occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de S. Maria in Sabbato) ut in Psalterio. *Col. Rub.* In

In SOCIETATE JESU (nisi cras
ocurrat Festum SS. Corporis Christi,
Dies Ejus Octava) dicuntur ho-
diernæ Vesperæ sub Ritu Duplici ma-
jore de B. Aloysio Gonzaga Conf:
& Soc. JES: recitando omnia, uti &
totum reliquum Officium, ut in Com-
mun: Conf: Non Pontif. Orat:
DEUS, qui Nos Beati &c. Col. Alb.
Ceterum cum contingere possit (uti
recepta contigit 1707.) ut hodie fieri
debeat Officium, & Missa sub Ritu
videm Duplici majore de S. Barnaba
Apostolo, in hanc diem translato;
ideo ortum est dubium, an PP. Socie-
tatis debeant integras Vesperas ho-
diernas dicere de S. Barnaba,
in 2. suis Vesperis concurrente cum
Duplici alio majore (nempe B. Aloy-
sio Gonzaga) an verò possint sal-
tem à Capitulo in tali Concurrentia
eas dicere de B. Aloysio, cum Com-
memoratione præcedentis? Prius
hæc paucis persuasit Tabula Concur-
rentiæ, juxta quam Duplici aliquo ma-
jore concurrente in Vesperis cum
alio Duplici majore, totum Officium
faciendum est de Festo dupl: majore
deprimi, de minùs digno verò facien-
da solemnitate Commemoratio: cum
ergo Festum S. Barnabæ, tanquam
Apostoli & Sancti, Comparatione B.
Aloysij Conf: nondum Canonizati sit
Festum Dignius, integræ dicendæ
erunt Vesperæ de Præcedenti, Com-
memoratio autem duntaxat fa-
cienda de sequenti, nempe B. Aloy-

sio, qui nec Apostolus est, nec etiam
ad hunc usque annum Canonizatus.
Posterius verò ex sensu, ac Resolu-
tione cujusdam peritissimi Rubrici-
stæ practicarum eò annò fuit Fri-
burgi Nuithonum; tum quia (ut ai-
ebat) S. Barnabas non est adeò pro-
priè Apostolus, in eo nempe rigore,
quo illi alij, quos communiter, &
per Antonomasiam Apostolos nomi-
namus; tum, quia B. Aloysius est
Festum ex minùs principalibus Or-
dinis nempe Societatis, & in eadem
celebratur cum aliqua Solennitate [esto
non tanta, quæ, ut post dicitur,
sola sufficiat ad dicendum in Missa
de eo, seu Solenni, seu non Solen-
ni Credo] atqui per Rubric. Gener.
Breviar. XI. n. 2. in fin. in concu-
su Festorum ejusdem Classis, seu Ri-
tûs, Festa illorum Sanctorum, qui in
proprijs Ecclesijs celebrantur solen-
niter, præferuntur suò modò alijs, et-
iam in Calendario Romano [de hoc
enim, Teste Gavanto, loquitur
Rubrica] descriptis: ergo, non ob-
stante, quòd B. Aloysius nondum
sit in Sanctorum numerum relatus
seu Canonizatus, neque etiam sit A-
postolus, quia tamen habet Officium
ejusdem Ritûs cum S. Barnaba, ideo
saltem à Capitulo ob eam, quam
attuli, rationem, videntur dici
posse in tali Concurrentia de eo Ve-
speræ hodiernæ in Col. Albo. Dixi:
saltem à Capitulo &c. quia extare di-
citur Decretum à S. R. C. 1686. 20.

[Y3]

Julij

Julij emanatum, quò decernatur, ut, quando plura transferenda sunt Festa, quæ eadem Die occurrunt, & quibus non convenit Ratio majoris Dignitatis, in eorum Repositione attendatur major apparatus, & Populi concursus (ex quo etiam vocatur major Solennitas) supposito tamen, quòd sint ejusdem Ritus: atqui par ratio videretur militare pro Concursu, nec major Dignitas stare juxta dicta pro S. Barnaba. Verùm negant prioris Sententiæ Patroni ex dictis Rationibus id evinci, ex prima præferim; cùm S. Barnabas ita propriè dicatur *Apostolus*, ut ipsa S. Scriptura, Breviarium, & Litaniam eum inter *Apostolos* numerent, ac in his insuper duobus Evangelistis præferatur: Consequenter etiam in proposito Casu B. Aloysio ob hanc, & suprâ allatas Rationes censent præferendum: cui equidem sententiæ & ego subscriberem; nisi super hoc dubio Anno 1711, mihi ita rescriptum fuisset Româ: *Rubrica universales non debent mutari: cùm ergo in concurrentia Festorum aequalis Ritus Vespera debeant dimidiari, eodem etiam modo in proposito Casu, quantumvis solenniter antea, debebunt dimidiari inter Aloysium & Barnabam: nam Dignitas Persona solùm facit in Ordine Commemorationum, non Vesperarum: nam in Vesperis solùm Dignitas attenditur in Christo Domino, & B. V. in cæteris autem quoad Vesperas jam decisum est, non*

attendi, ut bene notatur Decretum Septembris 1698. quò ajunt de sum, quòd primæ, & secundæ Vesperæ SS. Angelorum Custodum (qui in Ecclesia universali habent Riturum duplicem solummodo ritum) sint dividendæ à Capitulum si concurrant cum Festo duplici ritore. Quæ cùm ita sint, poterit in proposito Casu, aut etiam debet posterior Sententia, cùm futuris entibus non careat fundamentis, minino practicari, usque dū aliud hujusmodi Casibus statuat forsan, declarat S. R. C. De quo infra 1. Oct.

21. In SOCIETATE JESU celebratur hodie Festum B. Aloysij Gonzagæ, Conf. ex eadem Societate sub Ritu Duplici majore. Lectio 1. Noct. de Libro Sapientiæ c. 4. 6. & 8. *Jesus, si morte &c.* ut in Communione Conf. Non Pontif. 1. locò. Lect. III. Noct. Sermo S. Joannis Chrysostomi: *B. Aloysij Dies &c.* ut in eod. Communione 1. loco. Lect. III. Noct. Homil. S. Greg. Pap. in Evang. Lucæ Lumbi &c. ut ibid. Reliqua, ut in eod. Commun.

MISSA: *Os Justis &c.* l. de Commun. Conf. Non Pontif. cum Gloria sine Credo, tam in Missa solenni, quam non solenni (ut 1707. rescriptum ad me Româ, conformiter Decreto Congr. Gener. XV. de Anno 1706.) nisi veniat in Dominica, aut ad festum signis de B. hoc Juvene Reliqua, vel magnus alicubi Populi concursus

concurfus cum *solemiori* Miffa, uti in Statu Mantuano: tunc enim, & in ejus modi Noftorum Ecclefis dicitur *Credo* in *Miffis* etiam *privatis*. Cæterum nec *folam Miffam folennem*, nec *folum concursum Populi* fine alio Solennitatis Titulo facere, ut legitime per Rubricas dicatur *Credo* in Miffa etiam folenni, fuprà Die 5. Febr. ex Bartholom: Gavanto To. 1. P. 1. Tit. II. &c. circa fin. ostendit. Vide etiam dicenda Die 13. Nov: & Director: Feflor: S. I. recentiff. impress.

Si Feflum B. Aloyfij occurrat in Ocfavam Corporis Chrifti, fit de ipfo, fed tam in *Officio*, quam *Miffa* facienda eft *Commemoratio* de Ocfava, & in Miffa (in qua tunc *Credo*) dicenda *Præfatio* de *Nativitate* Domini, alioqui verò *Præfatio* Communis. Si idem Feflum B. Aloyfij incidat in *ipfum Feflum Theophoræ*, feu *Corporis Chrifti*, transferrendum eft *Feflum B. Aloyfij* juxta *Recentior: Miffal: Rubric: ac S. R. C. Decretum* fuprà allegatum post totam illam Ocfavam, utpote *admittentem Duplicita tantum Occurrentia*, non autem *translata*, nifi fint 1. *Classis*. Si autem incidat in *ipfam Diem Ocfavam SS. Corporis Chrifti*, transfertur in *Diem proximam non impeditam Feflò 9. Leflionum* juxta *Rubric: X. de Translat: Feflorum* n. 1. Si Feflum B. Aloyfij occurrat pridie SS. Corporis Chrifti, in hujus primis *Vesperis* non fit *Commemo-*

ratio de illo, bene autem in 2. *Vesperis*, si id pofttridie Fefli Corporis Chrifti celebreretur. Si idem Feflum B. Aloyfij occurrat pridie Diei Ocfavæ Corporis Chrifti, *Vesperæ* hodiernæ integræ dicuntur de *Die Ocfava* Corporis Chrifti, ut in primis *Vesperis* Fefli, de B. Aloyfio verò fit in illis tantum *Commemoratio*. Idem eft, si Feflum B. Aloyfij veniat pofttridie Diei Ocfavæ Corporis Chrifti; nam tunc in 2. hujus *Vesperis* fit pariter *folummodo* *Commemoratio* de B. Aloyfio; uti conftat ex *Notando*, *Subfcripto* *Tabulæ* *Concurrentiæ*, ubi afseritur 1. quòd in 1. *Vesperis* Diei Ocfavæ Corporis Chrifti totum *Officium* fiat de Ocfava cum *Commemoratione* præcedentis Fefli *Duplicis*, nifi hoc fuerit *Solenne Principale*, vel 1. vel 2. *Classis*; quia tunc de Feflo fieret *Officium*, & *Commemoratio* de Ocfava. Afseritur 2. In 2. *Vesperis* Diei Ocfavæ Corporis Chrifti de fequenti *Duplici* fieri pariter tantum *Commemorationem*, nifi illud fuerit 1. vel 2. *Classis*, feu *Patronus*, feu *Titulus*, aut *Dedicatio* *Ecclefie*; quia tunc de Feflo fieret *Officium*, & de Ocfava tantum *Commemoratio*. In Feflo B. Aloyfij *Gonzaga* poffunt ex *Indulto* *Apostolico* *Gregorij* *XV.* de Anno 1621. 2. *Octobr.* *Sacrum* de eo facere in *Ecclefis* *Soc. JESU* (non tamen extra illas) etiam *Sacerdotes* *Externi*, tam *Regulares*, quam *Sæcu-*

Sæculares, non autem perinde etiam de eodem Beato recitare possunt Horas Canonicas; cum Indultum illud *solius Missæ* faciat Mentionem. Plus conceditur in Festis Reliquorum Nostrorum BB. ut suò dicitur locò. Videri potest P. Gobat in *Experient*: Theol. Tr. 3. à n. 674. usque ad 677. Item n. 696. Append. 1. lit. c. & o. ac seqq. Item in eadem Append. lit. u. & seqq.

In hodiernis Vesperis (si dicantur de B. Aloysio, aut alio Festo) 9. Lectionum hodie occurrente, si non sit primæ Classis, nec cras occurrat Festum 1. vel 2. Classis) fit Commemoratio S. Paulini Episc. & Conf. Col. Alb. Ubi autem hodie factum de Feria, aut Festo Simpli- ci occurrente, ibi hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dic. de Fer. Curr. à Capitulo verò de S. Paulino Episc. Conf. nisi cras debeat fieri de B. MARIA in Sabbato, aut de Festo 9. Lectionum, seu occurrente seu *inslato*. Col. Alb.

22. S. PAULINI Episc. & Conf. Simpl. Col. Alb. Quando hoc Festum incidit in Festum SS. Trinitatis, aut Corporis Christi, vel venit infra Octavam SS. Trinitatis (ubi hæc est *Titulus Templi*) vel infra Octavam Corporis Christi, eadem circa illud sunt observanda, quæ Die 20. hujus, & locis ibi allegatis dixi esse observanda circa Festum S. Silverij. Quòd si de ipso S. Paulino fiat hodie Offici-

um 1. Lectio dicitur de Scriptura Diei currentis. 2. & 3. prout notatur in Proprio Sanctor: observando in reliquo ea, quæ habentur 19. Janu-

MISSA, uti notatur in Proprio Sanctor: cum *Glor. sine Cred.* orat. à *Cunctis* 3. Ad lib. nisi ratiò Mensis, aut Feriæ II. dicendum in *Fidelium* 2. locò, & 3. à *Cunctis*. Præ Commun. Col. Alb.

Vesperæ Feriales (si quidem fiat de Vigilia) de Feria currente, ut in Psalter. Oratio Dominica præcedent. sine precib. seralibus ad Vesp. Col. Vir. Si autem cras na Dies sit Dominica, tunc hodie (nisi currat aliqua Octava, in faciendum sit hodiernum, vel crastinum Officium de Festo aliquo 9. Lectionum) fit Officium, & Missa de Vigilia S. Joan. Baptistæ, de S. Paulino autem Commemoratio tantum, ut infra, Vesperæ verò hodiernæ usque ad Capit: tunc dicuntur de Psalterio, ut in Sabbatis per annum: à Capitulo autem de Dominica cum Suffrag: & Precibus Dominicalibus consuetis. Col. Vir. Quòd observandum verò sit hodie circa Officium & Missam quando occurrentem cras Dominicam Junium & Officium crastinæ Vigiliæ S. Joann: Baptist: anticipatur ad hodiernam Diem, & simul currit Octava Corporis Christi, vide P. III. Tit. 4. de Octavis, Item Tit. 6. de Occur. & Concurr. §. 8. n. 8. cum ob-

seruatione eorum, quæ præscribit Rubrica Gen. VI. Breviar. n. 1. & Rubr. Gener. III. Missal. n. 2. Dicendum tunc nempe est *Officium* unà cum *Missis privatis de Octava*, cum 9. Lect. ac Commemoratione *Vigiliae*, ac dein etiam S. Paulini (omissâ pro eo anno de ipso Lectione) nec non cum ultimo de eadem *Vigilia* in ijs *Missis Evangelio*. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicendæ tunc sunt duæ *Missæ*, una de *Octava* post *Tertiam*, altera de *Vigilia* post *Nonam* & in neutra earum faciendâ est alterius Commemoratio. In 1. Oratio. est de S. Paulino 3. *Concede*. In 2. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro *Pap.* & in hac sola *Præf. Commun.* & *Col. Violaceus*, sine *Glor.* & *Cred.*

Quando Solemnitas SS. Corporis Christi incidit in *Vigiliam S. Joannis Baptistæ*, seu Diem 23. Junij, (utl Contigit 1707.) tunc *Jejunium* illius *Vigiliae* de præcepto ex Decreto Leonis X. in quodam Brevi, ad Legatum Hispaniæ, teste Martino Navaræ Manual. c. 21. n. 11. & Bartol. Gavanto To. 2. sect. 3. c. 7. n. 2. transmissio, anticipari debet ad Feriam IV. præcedentem, h. e. Diem hodiernam, quæ est 22. Junij. Quod ipsum (utl videre est in Bullario Laërtij Cherubini) potest fieri præcepit Urbanus VIII. in Brevi Apostolico, expedito Romæ sub Die 13. Octobr. utl citat Gav.

[Pars II.]

vel, ut alius, 24. Sept. 1638. pro anno 1639. proximè subsecuto (quò idem occurrebat Casus) ut tota instrueretur Ecclesia: & sic etiam observatum fuit annò 1707. Non tamen perinde in hujusmodi Casibus anticipandum est etiam *Officium ac Missa Vigiliae*, sed edò annò hæc omittuntur, ut notat Gav: loc. cit. ubi ait, Cajetanum cum Tabiena, & alijs docere, posse etiam Episcopum in Festo Solemni *Patroni loci*, si in eo occurrat aliqua *Vigilia*, quæ jejunatur, transferre *Jejunium* in pridianum Diem. Sic alicubi (ut Idem ibid. testatur) ob Festum S. Christinæ Patronæ jejunatur pridie ejus Festi ratione *Vigiliae S. Jacobi Apostoli*: sic etiam Ratisbonæ *Jejunium Vigiliae omnium Sanctorum* [Cadens alioquin in Festu S. *Wolfgangi Episcopi*, ac *Patroni Ratisbonensis*] anticipatur regulariter ad Diem proximè præcedentè ex longæva plurimorum annorum Praxi. *Officium* tamen *Vigiliae* [ut rursum monet Loc: Cit: Gavantus] in hujusmodi Casibus non est anticipandum; Separari namque possunt *Officium Vigiliae*, & *Jejunium Ejusdem*, ut patet in *Vigilia Nativit. Domini*, cum occurrit in Dominica.

23. VIGILIA S. JOANNIS BAPT. Simpl. Col. Viol. *Jejunium*. Quando in hunc Diem incidit Festum SS. Corp. Christi, tunc *Jejunium*, in hac *Vigilia* alioqui præceptum, anticipatur ad Di-

[Z]

Di-

Diem, seu Feriam IV. proximè præcedenrem, ut heri ostensum, non itè tunc anticipatur *Vigilia* quoad *Officium* ac *Missam*, sed annò illò nec in *Officio*, nec in *Missâ*, aut hodie, aut die præcedente fit quidquam de *Vigilia*: ità jubente Rubricâ Gen: Missal: III. & VI. Breviarj n. 2. ubi præcipitur, ut, si in *Vigilia* aliqua occurrat Festum solenne alicujus loci, vel unum ex Solennioribus infra annum [v. g. S. Joannis Baptifæ, aut aliud 1. Classis] annò illò nihil prorsus fiat de *Vigilia*, ne quidem aliqua Commemoratio, tam in *Officio*, quàm etiam in *Missâ* (exceptâ solâ *Vigilia Epiphaniæ*) nè scil. Solennitas Festi occurrentis imminuatur. Vid. Gav. heri Cit.

Si hodie occurrat aliud Festum 9: Lectionum (h. est tale, quod non est 1. Classis) aut aliquod ejusmodi Festum, seu Duplex, seu Semiduplex, in hanc Diem transferatur, tunc fit de eo hodie *Officium* & *Missâ*, attamen cum 9. Lectione de Homil. *Vigiliæ*, & Commemoratio: ejusdem in *Laudibus*, & *Missis* privatis, in quibus tunc *Gloria*, & (si Qualitas *Missæ* id exigat) etiam *Credo*, cum Evangelio *Vigiliæ* in fine: In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* in tali Casu dicentur juxta Rubr. 3: Gener. Missal. n. 1. 2. *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Terriam, altera de *Vigilia* post Nonam. In harum priorè dic: *Gloria* & Oratio unica, si

fit Festum duplex, nec simul occurrat *Dies infra Octavam*, vel aliud Festum Simplex; alioquin etiam istis faciendâ esset in hac Commemoratio. Si verò Festum quod hodie Celebrandum, sit tantum Semiduplex, nec occurrat aliud Simplex, tunc in *Priore Missæ Conventuali*, eâ nempe, quæ est *Festo*, Oratio 2. erit a *Cunctis*, & libitum. Si autem simul occurrat alicubi, aut aliquando Festum duplex, aut *Dies infra Octavam* particularem, tunc in primo Casu Oratio erit de Simplicis, 3. A *Cunctis*. In secundo verò Casu 2. Oratio de *Octava* illa particulari. 3. *Conventuali*. In fine autem *Missæ* utroque Casu prædicto dicitur *Ite*, & Evangel. S. Joann. Color *Festo* Conventuali. In *Posteriore* verò *Missâ* ejusmodi Conventuali (h. e. ea, quæ de *Vigilia* in dictis *Ecclesijs*, & eisdem sine *Gloria* & *Credo* in occurrat Festi Semidupl. infra *Octavam* est dicantanda) Oratio 2. est: *Conventuali*, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, priorè tantum post Dominicam in *Albis*, & Commemoratioe Festi etiam Simplicis, si quod simul occurrat. *Post Communis*: In fine: *Benedicamus* & pariter Evangelium S. Joann. *Viol.* Dixi verò *Dies infra Octavam particularem*: nam si *Vigil. S. Joann. Baptifæ* niat infra *Octavam SS. Corporis Christi*, *Missæ* tam *Conventuales*, quàm *privata* ordinandæ sunt juxta Rubr. Ge.

Gener. 3. Missal: n. 2. Missæ autem privatae etiam in dictis Ecclesijs dicuntur de Festo cum Commemoratione Vigiliae, & post hanc etiam Festi Simplicis, si quod una occurrat, ac ultimo Evangelio de Vigilia. Si Festum extra Octavam hodie occurrens sit tantum Semiduplex, Oratio 2. in Missis ejusmodi privatis erit de Vigilia. 3. à Cunctis (non autem Concede) vel, si simul occurrat Festum Simplex, de Festo Simplici occurrente. Idem est de Missa Conventuali illarum Ecclesiarum, in quibus Diebus Festis Sanctorum celebratur tantum una Missa. Norandum præterea est, quòd si in hodierna aut alia Vigilia Patroni fiat de Festo Semiduplici extra occurrentem aliquam Octavam, tunc inter Suffragia Communia Sanctorum non fiat in Laudibus (idem est de Oratio: Aconitis) Commemoratio Patroni à Clericis illarum Ecclesiarum, seu Locorum, in quibus cras est Patronum. Gav. qui insuper T. 2. S. 3. c. 12. n. 23. ita scribit: In Vigilia Patroni, quæ habet Officium in Calendario, est commenda Commemoratio de Patrono, quæ solet fieri inter Suffragia: ne de eodem fiat Officium & Commemoratio: quæ est indubitata Regula in Officio Divino. Vide eundem Sect. 5. c. 18. n. 14. Si hæc Vigilia veniat alicubi infra Octavam, nullatenus Coincidentem cum Octava SS. Corporis Christi, tunc si non occurrat Festum 9. Lectio-

num, Offic. quidem dic. de Die illa infra Octavã, cum 9. Lectione tamen, & Commemoratione de Vigilia (pro qua Antiph: & Vers. de Fer: Curr. Oratio Verò uti noratur suo locò) in Laudibus. At verò Missæ non modò privatae, sed etiam Conventualis in supra dictis Ecclesijs dic: de Vigilia cum Commemoratione Octavæ, & 3. Oratione Concede, nisi facienda sit insuper Commemoratio de Festo Simplici occurrente; dicitur autem sine Glor. & Cred. cum Præfatione Communi, & in fine Benedicamus, ac Evang. S. Joann: quia verò in tali Casu Missa discordat ab Officio, ideo Color Altaris sequitur Officium, Paramentorum autem Sacerdotalium Col: debet esse Conformis Missæ, adeoque esse violacens: pro Missa tamen Solemni convenit, ut Pallium quoque Altaris (vulgo Antependium) concordet cum Colore Paramentorum Missæ. Gav. & Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 18. Errant proinde DIRECTORIA, quæ etiam in tali Casu 2. Missas Conventuales in Cathedralibus, & Collegiatis dicendas contendunt; contrarium enim evidenter ex Rubric. Gen. III. Missal. n. 1. probat Gavantus. Dixi autem 1. infra Octavam; nam si hæc, aut alia similis Vigilia non veniat infra Octavam, sed in ipsa Die Octava alicujus Festi, tunc Officium fit de Octava, cum 9. Lectione de Homil. Vigiliæ, & Commemoratione ejusdem in Laudibus

[Z 2]

I pro

[pro qua Antiph : & Vers. de Feria Curr.] ante Commemorationem de Simplicis, si quod simul occurrat ; at verò in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis Cantantur omnino tunc duæ Missæ Conventuales, una de Octava post Tertiam, sine Commemoratione Vigiliæ ; altera de Vigilia post Nonam sine Commemoratione Octavæ, cum Orationibus, ac reliquis, ut paulò antè in Casu, quò in Vigiliam incidit Festum 9. Lctionum. Missæ verò aliarum Ecclesiarum, & quæcunque privatæ dicuntur in tali Casu de Die Octava, cum Commemoratione Vigiliæ, & Festi Simplicis, si quod simul fortè alicubi, aut aliquando occurrat, & ult: Evang. de eadem Vigilia. Dixi 2. nullatenus coincidentem cum Octava Corporis Christi : nam si Vigilia S. Joannis Baptistæ [idem est de Vigilia SS. Petri, & Pauli] occurrat infra Octavam Corporis Christi, tunc juxta recentiorum Rubr. Missal. Tit. 3. n. 2. tam Missæ, quàm Horæ Canonicæ [nisi occurrat Festum Duplex] dicuntur de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Vigiliæ, & 9. de eadem Lectione in Officio, ac ultim. Evang. in Missa : In Ecclesijs tamen Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur tunc duæ Missæ, Convent: Prima de Octava post Tertiam ; Secunda de Vigilia post Nonam, absque ulla de altera Commemoratione ; sed cum Orationibus 2. Concede. 3. Ecclesie, vel pro Pap. &

quidè in utraque, nisi forsitan occurrat Simplex ; tunc enim in Priore [ut autem in Posteriore] fit Commemoratione de Simplicis, & 3. Oratio tunc de ea Missa Concede : at verò in Posteriore manent Orat: invariatae, & Commemorat. tam Simplicis, quàm Octavæ. In priore dic : Præf. Nativitate cum Glor. & Cred. & in fine Ite, ac Evang : S. Joann. Gal. In Posteriore nec Glor. nec Cred. Præf. tiam ibi, ubi S. Joann. Baptistæ Patronus] dic. autem Præf. Communis, & in fine Benedicamus, & pariter Evang. S. Joann. Gal. Si autem Die Vigiliæ infra hanc, & aliam Octavam fiat Officium de Festo occurrente, tunc [nisi aliter no-retur, ut in Rubrica præfixa Festi S. Leonis 28. hujus] juxta Rubr. præ cit. n. 2. Missa etiam Conventualis dic. de Festo cum Commemorat. Octavæ, & Vigiliæ, ac post hæc Festi Simplicis occurrentis, nisi quantitas Festi, vel utramque, vel saltem alterutram excludat ; nam in Festi 1. Classis nulla fit in toto eorū Officio, aut Missa Commem. Vigiliæ nec Festi Simplicis occurrentis ; nulla enim Diei infra Octavam in Festis 1. & 2. Classis, nisi sit Octava privilegiata, uti est Octava Corporis Christi, & Vigilia S. Joann. Baptistæ. aut alia Similis incidat in diem Dominicam, tunc juxta Rubr. Gen. VI. Vigilia in Dominica occurrens non creditur quoad Jejunium, sed etiam quoad

Officium & Missam, anticipatur ad
Sabbatum Dominicam illam præ-
cedens, ita, ut si Sabbatum illud
non sit impeditum Officiò 9. Lectio-
num, fiat Officium, & Missa de vigi-
lia, ut infra, cum Commemoratione
Festis Smplicis, si quod Sabbatò illò
occurrat [uti tunc respectu Vigiliæ
S. Joannis Baptistæ occurrit Festum
Simplex S. Paulini Episcopi ac Con-
fessoris] sine aliqua de eo Lectio-
ne; si verò Sabbatum illud sit impe-
ditum Officiò 9. Lectionum, tunc
saltem legatur de homilia Vigiliæ 9.
Lectio in Officio, cum Commemora-
tione de eadem in Laudibus, ac Missis,
nec non ultimo in his de illa Evan-
gelio, præterquam in Festis 1. Clas-
sis, in quibus nihil omnino fit de
Vigilia tam in Officio, quàm Missis ejus-
modi Festorum, ut ibi, & Rub.
III. Miss. n. 2. Tamen si Vi-
gilia hujusmodi occurrat in Domi-
nica, ea tam quoad Jejunium, quàm
quoad Officium, & Missam anticipetur,
& transferatur ad Sabbatum præce-
dens, non tamen perinde etiam an-
cipatur ejus Annuntiatio in Mar-
tyrologio ad Feriam VI. præceden-
tem, sed perinde in Lectione Mar-
tyrologij fit ea pridie illius Diei, in
quem alioqui cadit Vigilia, nempe
Sabbatò Dominicam illam, in quam
eò annò cadit, præcedente, uti Ga-
rant: To. 2. Sect. 5. C. 21. n. 11. ex
Regul. 4. Martyrologij demonstrat,
ubi sic: *Translatâ quoque Vigiliâ in Sab-*

*batum, non anticipatur Lectio de Vigilia
in Martyrologio, Licet anticipetur Offi-
cium cum Jejunio.*

Si crastinum Festum Nativ: S.
Joannis Baptistæ occurrat in Festo
Corporis Christi, tunc in iis Eccle-
sijs, in quibus Festum SS. Trinita-
tis est Titulare [adeoque celebra-
tur cum Octava] Feriâ IV. præ-
cedente Missa dicendæ sunt de *Vigi-
lia*, sine *Gloria*, ac *Cred.* de *Octava*
autem SS. Trinit. facienda in iis so-
lummodo Commemoratio, & post
eam dicenda Oratio 3. *Concede.* Præf.
Commun: & in fine *Benedicamus*: ac
quoniam Missa in tali Casu discor-
dat ab Officio [quod tali in loco est
de *Octava* SS. Trinitatis.] ideo Color Al-
taris [exceptò eò, ad quod can-
tatur *Missa Principalis*] concordare de-
bet cum Officio; Paramentorum au-
tem Sacerdotalium Conformis esse
Missa de Vigilia. Si verò Festum Nati-
v: S. Joann. occurrat Fer. VI. post
Festum Corporis Christi, tunc, ut
suprà dictum, *Jejunium Vigiliæ* anti-
cipatur quidem ad Feriam IV. an-
tecedentem Festum Corporis Chri-
sti, non tamen etiam in iis Ecclesi-
is, in quibus Festum SS. Trinitatis
celebratur cum Octava, anticipatur
etiam *Missa Vigilia* ad eam Feriam,
sed Feriâ illâ IV. dicitur *Missa* de
currente *Octava* SS. Trinitatis, de *Vi-
gilia* autem nihil fit eò annò tam in
Missa, quàm in Officio: quia hujus-
modi *Vigilia* tunc solum anticipan-
tur

tur una cum jejunio, quando incidunt in Dominicam, Festum autem habens Vigiliam incidit in Feriam II. tunc enim per Rubr. Gen. VI. Breviar. n. 2. non modò Jejunium Vigiliae ab Ecclesia præceptum anticipatur ad Sabbatum præcedens, sed etiam eò ipsò Sabbatò, extra Dies ibid. exceptos, fit Officium de Vigilia, aut si Sabbatum illud sit impeditum Officiò 9. Lectionum, fit saltem in isto Commemoratio de illa cum 9. Lectione. Ad idem quoque Sabbatum præcedens juxta Rubr. III. Rom. Missal. n. 3. anticipatur tunc, extra Casus in eadem Rubrica exceptos, Missa Vigiliae, aut, si Sabbatum illud sit impeditum Festo 9. Lectionum, saltem Commemoratio de illa, facienda in Missa Festi, cum ultimo de ead. Vigilia Evangelio (nisi Festum illud sit Dupl. 1. Class.) & alia in ead. Rubr. Missalis à n. 1. & seqq. præscripta tunc insuper sunt observanda.

Quòd si denique Festum Nativitatis S. Joannis occurrat in Sabbato, aut in Dominica post Festum Corporis Christi (prout contigit 1696.) tunc Ferià præcedente Festum Nativitatis S. Joannis dicitur quidem Officium in iis Ecclesijs, in quibus Festum SS. Trinitatis celebratur cum Octava, non de Octava Corporis Christi, sed de Octava SS. Trinitatis, prout præscribit Octavarium Romanum Pag. 10. & 13. cum Commemoratione Octavæ Corpo-

ris Christi, nec non Vigiliae eiusdem Vigil. At verò non levatur dubium, an etiam Missa in tali Casu dicenda sit de Octava Trinitatis, idque ob Rationes infra insinuandas. Mich. Bazar. quidem P. 4. Manual. c. 15. Edit. nov. fol. 268. in eam præcedet Sententiam, quòd in tali Missa nec sit dicenda de Octava Trinitatis, nec de Vigilia S. Joannis, de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ SS. Trinitatis; ac postea Vigiliae, nec non jus in fine Missæ Evangelio: ecclesijs tamen Collegiatis dicitur tunc ei videntur duæ Missæ Covent: una de Vigilia post Nonam, ne Commemoratione de Octava sed cum Oratione 2. de S. Mariæ Concede, & 3. Ecclesia, vel præter altera verò post Tertiam de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ SS. Trinitatis, quæ huic suæ Opinioni favere Rubric. III. recogniti Missalis: quæ tamen (inquit ibid.) non caret hac difficultate, idèd Superioribus de eo desumenda relinquitur: & sicut cum Octava Corporis Christi, prout omnium hodie sententiam, tam quoad ad Officium, quam quoad Missam cedat Octava SS. Trinitatis, tanquam digniori, hæc autem Octava, utpote una ex non privilegiatis, cedat Vigiliae infra eam occurrenti, quantum

venit ad Missam, per eandem Rubricam Missal: cedere eidem Vigilia debet quoad hoc etiam Octava Corporis Christi, juxta illud: Vincite, qui vincite me. Neque obstat, quod illa Rubrica recentior excipiat Octavam Corporis Christi, dicatque, si Vigilia infra eam occurrat, Missas privatas dicendas esse de Octava Corporis Christi, cum commemoratione Vigilia: in Ecclesijs autem Cathedralibus & Collegiatis dicendas tunc esse 2. Missas Conventuales, unam de Octava, & alteram de Vigilia; quia Rubrica ibi loquitur de Casu, quod Officium sit de ipsa Octava Corporis Christi, non autem de Casu, quod sit de die Octava, non quidem privilegiata, attamen digniore; sicut ergo Rubrica Recentior Breviarii, quando asserit, infra Octavam Corporis Christi non esse dicendam 9. Lectionem de Festo Simpliciter infra eam occurrente; etiam cum propriam habeat, ex Declaratione S. R. C. intelligenda est tantum de Casu, quod Officium sit de ipsa die infra Octavam, non autem de die, quod infra illam sit de Festo aliquo alio Duplici, ita & Rubrica Missal allegata intelligenda erit duntaxat de Casu, quod de die infra Octavam Corporis Christi sit Officium; (ut ibi manifeste supponitur) non autem de Casu, quod Officium sit de alia Octava, ab Octava Corporis Christi diversa, aut, si ob solennitatem Octavae Corporis Christi non videatur

tur conveniens, ut Missae omnes, saltem privatae, etiam in Ecclesia tantum particulari dicantur in Colore Violaceo, convenientius tamen forsitan erit, ut eae in tali particulari loco dicantur potius de Octava SS. Trinitatis, uti alias, tanquam de digniore, cum Commemoratione Octavae Corporis Christi, & Vigiliae, hujusque ultimo Evangelio in ipsdem Missis: verum ultimata hujus dubij Resolutio sit penes S. R. C. Interim Amicorum Nonnemo, rerum Rubricatarum apprimè Studiosus ac peritus, super hoc dubio à me Consultus, discursui antè, à me facto his ferè verbis subscribit. Judico ex ipsis verbis Rubric. Gener. III. n. 2. in Vigilia S. Joannis Baptistae, occurrente intra Octavas SS. Trinitatis & Coeorporis Christi, Missam dicendam esse de Vigilia, non de altera Octava; non de Octava SS. Trinitatis; quia id repugnaret parti primae illius Rubricae III. n. 2. non de Octava SS. Corporis Christi; quia juxta posteriorem partem illius Rubricae tunc tantum dicitur, Missa de Octava Corporis Christi, quando eo die fit Officium de Octava illa: in Casu autem proposito Officium non fieret de Octava Corporis Christi, sed de Octava SS. Trinitatis occurrentis: ergo tunc Missa non est dicenda de Octava Corporis Christi, sed de Vigilia, cum Commemoratione utriusque Octavae, &

&

& præfatione communi, non au-
 tem alterutrius Octavæ: nisi forte
 obster huic meæ opinioni, quod co-
 lor cæruleus non conveniat Octavæ
 Corporis Christi, præsertim, quia
 eod' octiduo expolitum est Venera-
 bile Sacramentum; eaque de Cau-
 sa etiam *Missæ de Requiem* excludun-
 tur. Hactenus ille in suis ad me
 litteris: in quibus id, quod in fine
 illarum suæ objicit Sententiæ non
 admodum urgere videtur; quia sicut
 non est inconveniens, quod infra Oc-
 tavam SS. Corporis Christi juxta
 ipsum Missale recognitum, oc-
 currense infra eam Vigilâ, in Ec-
 clesijs saltem Cathedral. & Collegiar.
 dici in *Colore Cæruleo* debeat *Missæ de*
Vigilia etiam principalis, ita nulla
 quoque erit inconvenientia, quod
 infra eandem Octavam, quando de
 ipsa non sit Officium, sed de alia Oc-
 tava non privilegiata, admittente
 de se *Missam de Vigilia*, dicantur in Ec-
 clesia aliqua particulari *Missæ pri-*
vatae de Vigilia infra eandem Cor-
 poris Christi Octavam in *Colore Cæru-*
leo.

Diceret forsitan aliquis: esto in
 casu, quò Vigilia occurrit infra ut-
 ramque prædictam Octavam, Oc-
 tava Corporis Christi non videatur ex-
 igere posse vi Rubricæ Missalis re-
 cogniri, à Bauldryo allegatæ, ut *Missæ*
dicatur de ipsâ potius, quam de
Octava SS. Trinitatis, (cùm ista jux-
 ta omnes sit dignior illâ, & in utri-

usque occurso non modo exi-
 de se dici *Officium*, sed etiam
 videretur tamen vi illius Rubricæ
 saltem adhuc exigere, ne
privata dicantur de *Vigilia* etiam in
 casu, quò non tantum ipsa, sed
 mul quoque Octava Festi alio
 dignioris occurrit; cùm non obste-
 te Octavæ illius dignioris occu-
 adhuc verificetur, *Vigiliam* ven-
fra Octavam Corporis Christi, in
 quam Rubrica nova Missalis
simul occurrentibus non nisi *Commemo-*
rationem in Missis privatis conce-
 cùm ergo saltem quoad hanc partem
 adhuc sit observabilis ea Rubrica,
 debet omnino quoad eam ob-
 vari, & sic mediâ in hac controversia
 incedendum viâ erit; quod tunc fiet
 si juxta Sententiam paulo ante in-
 sinuatam *Octava SS. Trinitatis* tribu-
 tur illud jus, quod ei ex Declara-
 ne. S. R. C. apud Gav. Tom. 2. l. c.
 19. n. 2. ac vi Rubricæ extantæ in
 Octavario Romano competit (præ-
 nempe *Feriâ VI. & Sabbatò*, infra ut-
 tramque dictam Octavam occurren-
 tibus, in propria SS. Trinitatis Ec-
 clesia fiat *Officium & Missæ*, de Oc-
 tava Trinitatis, tanquam dignior,
 de Octava autem Corporis Christi
 solummodo *Commemoratio*) Ob-
 va verò *Corporis Christi* pariter con-
 datur id, quod ei vi Rubricæ *Missæ*
 novæ n. 2. etiam tunc videtur
 comperere, quando alterutro dabo-
 rum Dierum *Vigilia S. Joann. Bapt.*

formal occurrit, in ordine saltem ad
 excludendas *Missas privatas de Vigilia*
infra Octavam Corporis Christi, occur-
 rente, infra quam Octavam Rubri-
 ca illa ei *Vigilia* in *Missis* privatis non-
 nisi *Commemorationem* permittit: si-
 quidem hoc pacto in casu propo-
 sito de *Octava Corporis Christi* tribue-
 turus, quod hic & nunc vi Rubricæ
 novæ præterdere potest, & simul
Octava SS. Trinitatis, tanquam *digni-*
 or, non tantum sua salva manebit
 prerogativa supra Octavam Corpo-
 ris Christi, sed insuper hujus poste-
 rioris privilegio ac Jure id conse-
 quetur, ut in hujusmodi casu de i-
 pla non modo *Officium*, sed etiam
Missæ (cum *Commemoratione* tantum
 de *Vigilia*, & ultimo hujus in ea E-
 vangelio) dicatur, quæ alioqui *totæ*
 de *Vigilia* diceretur, si non infra u-
 tramque hanc Octavam occurreret.
 Ad hanc Replicam & Me ob ad-
 ductas in ea Rationes sentire, ne
 quaquam improbandam esse Illo-
 rum praxin, qui in proposito casu
 non tantum *Officium*, sed etiam *Mis-*
sa dicunt modo supra relatò de ipsa
Octava SS. Trinitatis, cum Comme-
 moratione tantum alterius Octavæ,
 & *Vigiliæ*, nec non cum hujus in fi-
 ne *Missæ* Evangelio &c, usque dum
 aliud S. R. C. decernat, aut decla-
 ret.

Extra *occurentias* hucusque re-
 centitas, *Officium* & *Missæ* hujus *Vi-*
giliæ (uti & aliarum *Similium*) sic

[Pars II.]

ordinantur: *Officium* illius totum fit
 de Feria currente, ut in Psalterio:
 & 3. Lectiones leguntur de Homi-
 lia in Evangelium *Vigiliæ*, uti suo lo-
 cò notantur, cum tribus *Responsò-*
rijs de Feria occurrente, ordine in
 Rubrica de Resp. gener. XXVII. n.
 5. ac seqq. descripto. Dicuntur pre-
 ces feriales flexis [saltem in Cho-
 ro] genibus ad omnes horas usque
 ad *Vesperas*, modò alibi declaratò:
 oratio propr. cum *Comem. Comun.*
 quibus ad *Laud.* præmittitur *Comem.*
 ferialis de *Cruce*: non tamen fit in-
 ter illas hodie *Commemoratio* de
Patrono ibi, ubi cras erit *Patrocinium*:
 quod etiam observandum [uti &
 pleraque alia, paulò antè annotata]
 in alijs *Vigilijs Sanctor.* Teste Gav: Ger-
 lac. &c. Dico: *Sanctorum*: nam in
Vigilijs Nativit. Domini, Epiphaniæ,
Ascensionis, & Pentecostes [quarum
 prima, & ultima quidem etiam je-
 junatur, reliquæ verò dæ non je-
 junantur] ordinantur *Officium & Mis-*
sa modò ab alijs *Vigilijs* diversò,
 uti in proprijs locis notatur.

Missa (quando, ac ubi hodie
 fit de *Vigilia*) dic: uti notatur in
 Propr. *Sanctor*: sine *Gloria & Credo.*
Oratio 2. Concede 3. Ecclesiæ, vel pro
 Pap. (prout notantur post *Domini-*
cam in Alb.) nisi ratione *Men-*
sis, aut *Feriæ 2.* dicendam fit *Fidelium*:

tunc enim *Oratio 2.* aut certè pe-
 nultima, est: *Fidelium, & 3. Concede.*
 Id, quod Auctor *Directorij Romani*

[A a]

1704.

1704. & 1710. (quorum priore hæc Vigilia S. Joannis Baptistæ, posteriore autem Vigilia SS. Simonis, & Judæ incidit in Feriam II.) diligenter observavit, idque ex præscripto Rubric. Gen. V. Missal. n. 2. Quòd si hæc Dies sit 1. Dies Mensis non impedita Officio duplici, vel semiduplici, tam circa Missam principalem, quam privatas observandum erit id, quod eadem Rubr. Gen. V. Missal. n. 1. præscribit, & supra initio hujus Mensis est annotatum. *Col. Viol.* Eos, quibus alioqui concessum est à sede Apostolica, ut semel vel pluries singulis Hebdomadibus, aut Mensibus possint Diebus Festo duplici aut semiduplici non impeditis, dicere *Officium & Missam* de Venerabili v. g. Sacramento, aut de certo aliquo Sancto &c, non posse id facere in hac, aut quacunque alia *Vigilia*, constat ex Decr. S. R. C. supra Die 23. Febr. occasione *Vigilie S. Mathie* allegato, & exstante apud Franc. Monacelli Formular. Legal. pract. P. 2. Tit. 13. Pag. 68. &c.

VESPERÆ, nisi cras occurrat Festum SS. Corporis Christi, dic: de Festo Nativitatis S. Joann. Baptistæ sub Ritu dupl. 1. Classis: in ijs Psalmi de Dominica, exceptò ultimo, qui est: *Laudate Dominum omnes Gentes &c.* Antiphonæ, & reliqua omnia sunt propria, ac dicuntur, ut ibi: si cras occurrat Dominica, sit

de illa Commemoratio, non tantum fit Commemoratio de Dominica die occurrente; quando nempe Festum S. Joannis incidit in Feriam II. at verò de Octava Corporis Christi (urpote privilegiata) semper Commemoratio in utrisque Vespere Laudibus ac Missa, quocumque infra eam Octavam veniat Festum S. Joannis Baptistæ, aut aliud quocumque Festum, etiam 1. Classis. *Alb.* *Officium* de Nativitate S. Joannis Baptistæ compositum ferunt Gregor. *Hymni* à Paulo Diacono qui raucedine impeditus Sarracenis impetravit, quam initio Hymni qui ad Vesperas dicitur, postulat. *Durand. Lib. 7. C. 14. De Notis Musicalibus: Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La* ex prima Stropha Hymni Vesperarum hujus Festi desumptis, videlicet. *Gav. Tom. 2. Sect. 5. Cap. 6. Febr. & Joannem Clericum de Sacrosanc. Missæ Sacrif. Decil. 37. à n. 11.*

24. NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, ac Præcursoris Domini. Duplex 1. Classis *Col. Alb.* Celebratur cum Octava. Quòd si hodie occurrat Festum SS. Corporis Christi, festum die de Isto, ut sub loco; at verò Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ tunc per Rubric. Gen. V. Breviar. n. 1. transfertur in Feriam VI. mox subsequentem, cum Commemoratione Octavæ in *Officio, & Missa, & in II. Vesperis Corporis Christi.*

Christi fit tantum Commem-
 oratio de S. Joanne : Sequentibus
 autem Diebus fit Officium de eadem
 Octava Corporis Christi, cum Com-
 memoracione Octavae S. Joann. Dies
 autem Octava Nativitatis S. Joann.
 tunc veniens in Die Octava Corporis
 Christi, non transfertur, sed de
 illa eo anno fit tantum Commemo-
 ratio in utrisque Vesperis, & Lau-
 dibus Diei Octavae Corporis Christi,
 ut infra 1. Jul. dicerur. Hoc praer-
 notato, ac suo tempore observa-
 to

In Festo Nativitatis S. Joannis
 Bapt. (quae accidit Feria VI. Heb-
 domadae, ut recte apud Gavantum
 colligit Joannes Azorius ex Nativi-
 tate Christi, eique olim tantus ha-
 bitus est honos, ut Teste P. Gobat
 liceret cuilibet Sacerdoti rite dispo-
 sito ter sacrificare hac Die, perinde,
 ac Die Natali Domini,) Officium, &
 Missa dicuntur, uti norantur in Pro-
 prio loco : Nam omnia sunt propria.
 Antiphona ad *Benedictus* (ut notat
 Gavant.) non impedit, quod minus
 Cant. *Benedictus* inchoetur a Capite
 more solito ; quia Rubrica Gene-
 ral. loquitur de Antiphona, quae
 est eadem cum Cantico: at in Anti-
 phona hac deest *Dominus* : ergo &c.
 Si occurrat hoc Festum in Dominica,
 aut infra Octavam SS. Corporis Christi,
 fit de illa Commemoratio in utris-
 que Vesperis, Laudibus, ac Missa :
 in qua dic. *Gloria*, non tamen *Credo*,

nisi in propria Ecclesia, aut nisi ve-
 niat in Dominica, aut infra Octa-
 vam SS. Corporis Christi. Praefa-
 tio Communis, nisi celebrerur infra
 Octavam Corporis Christi, infra
 quam si occurrat, dic: Praefatio O-
 ctavae, quae est eadem cum illa, quae
 dic. in Natali Domini. *Col. Alb.*

In II. VESPERIS (quae dicun-
 tur ut ibi) fit Commemoratio de
 Dominica hodie occurrente, & Die
 infra Octavam Corporis Christi, si
 utraque, aut alterutra hodie occur-
 rat : fit etiam in 2. Vesperis Comme-
 moratio in hoc Festo de Dominica
 subsequente, si quae sequatur, uti
 contingit, cum hodiernum Festum
 incidit in Sabbatum, esto in ejus pri-
 mis Vesperis non fiat perinde Com-
 memoratio de Dominica antece-
 dente, quando id incidit in Feriam
 II. *Col. Alb.*

Quid agendum fit ibi, ubi hoc
 Festum incidit in diem v. g. Domi-
 nicam, qua alicubi celebratur Fe-
 stum Dedic. Vide 29. hujus. At
 petes : Quid faciendum fit in 2. Ve-
 speris hodierni Festi, Casu quo le-
 quens aliud Festum est Festum Patroni,
 aut Titularis, aut Dedicacionis ? cum
 justam dubitandi Rationem hic in-
 gerat diversitas Rubricarum, qua-
 rum una *Digniori* defert integras
 Vesperas ; alia vero solis Festis Do-
 mini, B. M. V. SS. Angelorum, &
 Apostolorum, ac post istos SS. Pa-
 tronis Ecclesiae praeter ceteris omnibus
 in

[Aa 2]

in

in Calendario notatis : Festum autem S. Joannis Baptistæ nec Festum Domini est, nec B. V. nec Angelorum, nec Apostolorum. *Re. Dubij* hujus Resolutionem petendam ex ijs, quæ infra dicentur P. III. Tit. de Patronis, & Tit. De *Occurrentia*, & *Concurrentia* Festorum 1. Classis ex Gav. & Arnaudo. Ad Rubricas inter se in speciem diversas quod attinet, ex ibidem dicendis apparebit, posse ambas inter se concordari, perinde ac Jura apparenter sibi contraria possunt, ac etiam debent. Quod additur de S. Joan. Bapt. tanquã Patrono Eccles. Apostolis inferiore postponendo, eò quòd inter Festa ibi enumerata nulla ejus fiat mentio, non videtur contra eum, sed potius pro illo facere; si enim Patronus cedit Apostolis ejusdem secum Classis, à fortiori cedere debet S. Joanni Baptistæ, qui tam in Breviario, quàm Missali Romano ipsis Apostolorum Principibus præfertur. Vide quoque inferius dicenda Die 27. & 28. Jun. in fine, ibique dicenda etiam Festis 1. Classis cum hodierno & in hodierno Festo respectivè Concurrent. & Occurrentibus accommoda.

25. Nisi hodie faciendum sit de Festo 9. Lctionum (seu occurrente, seu legitime *translato*) aut de *Dominica infra Octavam*, vel de ipsa *Nativitate S. Joannis Baptistæ* (eò quòd in hesternam Diem incidit Festum

Corporis Christi) aut denique *Octava Corporis Christi* (utpote digniore, ac aliquando cum Octava Joannis *Concurrente*) tunc hoc nunc Officium & Missa dicuntur Die 2. infra Octavam Nativitatis Joannis Baptistæ Ric. Semid. & *Alb.* In I. Nocturno dicuntur Lctio de Script. occurrente, nisi pendendum sit initium alicujus Lctionum nondum positum. In II. & III. Noct. prout notantur hac Die in Prop. Sanctorum. Reliqua ut in festo.

MISSA Festi cum *Gloria*, & *Credo*, nisi in propria Ecclesia. Quæ 2. *Concede*. 3. *Ecclesie*, vel pro Patrono. prout notantur post *Dominicam* *Alb. Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica infra Octavam S. Joannis Baptistæ*, de ea *Officium*, & *Missæ*, ut in *Psalterio*, ac propr. loco; de *Octavæ* S. Joannis sit solummodo in *Commemoratio*. Ad *Primam* dicitur *Plal. Confitemini*, & *Symb. Quædamque*, sine precib. Reliqua, ut in *Dominicis* per annum. *Col. Alb.* In *Missæ* (quæ pariter est de *Dominica* currente) dicitur tunc *Credo*, tamen *tertia Oratio* (nisi simul occurrat *Dies infra Octavam Corporis Christi*, vel alicubi *Festum Simplicis* &c.) & *Color* tam *Alcariis*, quàm *Paramentorum*. *Sacerdotis* debet esse *Albus*, & non *Viridis* per *Rubricam* Gen. XVIII. *Missal. n. 2.*

Si Octava Corporis Christi misceatur Octava Nativitatis S. Joannis, Officium & Missa dic. hodie [nisi fit Dominica] de Octava Corporis Christi, & tunc in Missa dic. *Gloria* & *Credo* nec non Orat. 2. de Octava S. Joannis. 3. *Concede*. Praef. de Nativitate Domini. *Col. Alb.* Si hodie, aut quocunque alio Die infra Octavam S. Joannis occurrat *Dies ipsa Octava Festi Corporis Christi*, fit de Die Octava Corporis Christi cum Commemoratione Octavae S. Joann. Festum autem occurrens ea die transferretur in Diem proximam non impediam Festo 9. Lectionum: Excipiuntur tamen Festa dupl. 1. *Classis*, & nominatim Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, in quibus si occurrat Dies Octava SS. Corporis Christi, *Officium & Missa* dicuntur de Festo, de Die autem Octava Corporis Christi [non item de Octava S. Joann.] fit tunc Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Festi, modò heri declarato.

Si Festum Corporis Christi fuit heri, tunc hodie fit de Nativitate S. Joannis Baptistae cum Commemoratione Octavae Corporis Christi in Laudibus, Vesperis utrisque, ac Missa: & in hac die: tunc *Credo*, & Praefatio de Nativitate Domini. *Col. Alb.*

VESPERAE hodiernae dicuntur usque ad Capitulum de Octava S.

Joannis Baptistae, si hodie factum sit de illa, dicendo omnia [sed Ritu Semid.] sicut in 2. Vesperis Festi: Sed à Capitulo de SS. Joanne & Paulo MM. Antiph. ad *Magnificat*, & Oratio propria. Vers. de Commun. plur. Mart. Commemoratio de Octava S. Joannis, ut in 2. Vesperis Festi. *Col. Rub.*

Si Festum Sequens veniat in Dominica, Vesperae hodiernae à Capite dic. de crastina Dominica, cum Commemoratione Octavae S. Joann. & tunc *Col. Alb.* non autem *Rub. nec Virid.* Festum verò sequens tunc *transf.*

Ubi tamen Festum SS. Joann. & Paul. MM. celebratur Ritu *duplici*, ibi etiam quando cadit in Dominicam, hodiernae Vesperae dic. de illo, sumendo Antiphonas Psalmorum ex Laudibus crastini Officij, reliqua verò (praeter Antiph. ad *Magnificat*, & Orationem, quam utramque propr. habet) dicendo de Commun. plur. MM. Cum Commemoratur Octavae S. Joann. nisi alicubi celebraretur Ritu dupl. 1. aut 2. *Classis*, ibi enim non fit Commemoratio Octavae S. Joann. bene tamen Octavae Corporis Christi, si infra hanc veniat hoc, aut aliud Festum duplex, etiam 1. *Classis*.

Quomodo ordinanda sint *Offic.* & Missa, ibi, ubi celebratur sequens Festum cum Octava, vide in Indice praefixò Octavario Romano, nec non in locis in eodem citatis.

[Aa 3]

26 .SS. JOANNIS, & PAULI MM. Semid. Col. Rub. Offic: ut in Commun: plur: MM. & propr. loc. ubi assignantur Lect. pro I. Noct. de Epist. ad Roman. *Fratres Debitores sumus &c.* cum Responsorij, ut ibi, pro II. & III. Noct. autem (in quorum posteriore 8. Responsorium est : *Hac est vera Fraternitas &c.*) Lectiones propriae, uti & propriae Antiphonae ad Laudes, necnon ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum Oratione propr.

Missa prop. cum *Gloria* sine *Credo* (nisi in propr. Ecclesia, aut ubi adsunt insignes Reliquiae) cum Commemoratione Octavae, nisi celebretur Ritu 1. aut 2. Class. & Praef. Commun. Col. Rub.

Si veniat hoc Festum extra Octavam Corporis Christi in Dominica, transfertur in sequentem Diem : hodie autem Officium & Missa dic. de Dominica currente cum Commemoratione Octavae S. Joannis in Laud. ac Missa, dicendis modo heri annotato ; nisi quod, si simul occurrat Dies infra Octavam Corporis Christi, 2. Oratio in Laud: & Missa debeat esse de Octava Corporis Christi, & 3. de Octava S. Joannis. Col. Alb.

Si hoc, aut aliud Festum Semid. veniat infra Octav. Corporis Christi, transfertur post hujus Octavam : & siquidem hanc sequantur proximè Octavae S. Joann. Bapr. & Ss. Petri, & Pauli, transfertur post Octavas, uti notat Gavant.

Tom. 2. S. 3. C. 10. n. 4. ubi planans Rubricae Gen. X. Brevis Numerum quintum, ait: *sententiarum Verborum: ut, ut Festum miduplex infra Octavam (in qua Festis occurrentibus) non transferatur, nisi in proximè sequentem Die si Die suo celebrari non possit, esse hoc id est, si sequens Dies erit impedita, transferatur Semiduplex ultra omne Officium Lectionum, etiam illud, quod est de Octava.* Sed quid faciendum, si festum hoc, aut aliud semiduplex incidat in ipsam Diem Octavam Corporis Christi, venientem infra Octavam aliam non privilegiam? Incidit hic Casus anno 1710. quod Dies Octava Corporis Christi incidit in diem 26. Junij, qui erat festus Dies tertia infra Octavam S. Joannis Baptistae, quae cum privilegiata esset, admittit Diebus non impedita Festo 9. Lectionum non modo *duplicita translata*, sed etiam *Semiduplex*, si illa cadant in Dominicam, & proximè sequens Dies, seu FERIA II. non sit impedita Festo 9. Lectionum (alioqui transferenda sunt ultra Octavam non modo illam, in qua occurrunt, sed etiam illam, quae hanc intermediare aliquando, aut alicubi subsequitur) uti habetur in Rubrica X. cit. n. 5. Quia tamen Rubrica illa (clarè saltem) ibi nonnulli de Semiduplexi *Occurrente in Dominica* non autem de *occurrente in Die Octava*, aut in *alia Die impedita*, loquitur,

ideo cum Exceptio unius firmet Re-
giam in oppositum, live in non exceptis,
hincque Rubricæ allegatæ de Festo
Semiduplici, in Dominica infra Oc-
tavam non privilegiatam occurren-
te, ultra unum Diem non transfe-
rendo sit, Teste Gavanto, nè nimi-
um Octava ejusmodi interturbetur,
& numero Dierum, quibus de ea-
dem fiat, nimis minuat, huic au-
tem fini melius consulatur, si Rub-
rica permittens celebrare *Semidupli-*
cia translata infra Octavas non pri-
vilegiatas ad ea solum Semidupli-
cia, quæ in ipsa Dominica, non autem in alia
Die infra Octavam impedita occurrunt,
restringatur, ideo, in qua spectando
saltem Rationem, videbatur mihi ali-
quando in Casu, quò Festum Semi-
duplex SS. Joann. & Pauli in Diem
Octavam Corporis Christi, & simul
in Diem infra Octavam Nativit. S.
Joann. Bapt. incidit, nihil de eo
cras faciendum, sed transferendum
ad esse post omnes tres Octavas,
nempe Corporis Christi, S. Joann. Bapt.
& SS. Petri, & Pauli, uti etiam Au-
ctor ejusdam Directorij Diocesani
prædicto annò re ipsa ita transtulit,
motus fortasse Auctorit. P. Gob. qui
Tit. s. n. 658 ni Appendice Appendicis lit.
R. non contemnendis Rationibus
commendit, eò modò in tali Casu
esse procedendum. Verùm cum Au-
ctor Direct. Romani (cui ipsa Rub-
rica X. de Translat. Festorum in
principio, & sine Numeri 5. vide-

tur favere) Festum hodiernum SS.
Joannis, & Pauli, occurrens annò
suprà dictò 1710. in Die Octava
Corporis Christi, transtulerit in Di-
em crastinam immediate sequentem
(non obstante, quòd ea esset dies quar-
ta infra Octavam S. Joannis Baptistæ)
perinde, ac si occurrisset in Dominica
infra illam octavam, ideo nec ego
ausim illud in tali Casu transferre
post Octavam hanc alteram, imò &
tertiam mox subsequentem; sed cen-
seo statim cras celebrandum, ubi
Festum 9. Lctionum Die crastina
non occurrit, motus nempe Aucto-
ritate memorari Directorij Romani,
declarantis hac suâ Praxi Sensum sæ-
pius allegatæ Rubricæ, à Gavanto,
ac Arnaudo Tit. de Translat. seu occurren-
tiâ Festorum n. 4. non satis clarè expli-
catum. Ut persisterem in hac mea
Sententia, persuasit mihi 1. Aucto-
ritas ipsius Gavanti, qui Tom. II.
sect. 3. cap. 8. num. 3. scribens
in Rubricæ de Octavis numerum 3.
disertè tradit, Festum Semiduplex
Die suo impeditum, non tantum,
tunc, quando occurrit in Dominica
infra Octavam non privilegiatam,
transferrì in Diem immediate se-
quentem non impeditam Festò 9.
Lctionum infra ejusmodi Octavam,
sed etiam tunc, quando aliquando,
aut alicubi occurrit in Festo duplici,
habente Octavam non privilegia-
tam, v. g. in Festo Ascensionis Domini.
in quo Casu [inquit] transfertur Se-
mi-

miduplex in Diem proximè sequentem, si non est impedita [Festò 9. Lectio- num occurrente] & sic infra Octavam fit de Semiduplici translato: addit deinde: id ipsum sapius in Ecclesijs particulari- bus contingere, ut scil. Semiduplex oc- currat in Festo majori, quod habet Octa- vam, & expropter de eo fiat in secunda Die infra Octavam: ergo etiam juxta Gavantium id ipsum fieri debet in nostro Casu, qui vel est idem, vel certè similis utriusque præcedenti. Per- suasit mihi id ipsum 2. Henric. Pisart Auctor Direct. Canonic. annò 1713. Coloniae editi fol. 133. ubi in Tit. X. de Translat. Festorum ita scribit:
 „Censuit Sac. Congregatio Die 30.
 „Septembr. 1629. Festum Semidu-
 „plex occurrens in Festo duplici in-
 „fra Octavam non privilegiatam
 „(qualis est Octava Nativitatis S.
 „Joannis Baptistæ) non esse trans-
 „ferendum post Octavam, quando Di-
 „es immediatè sequens non est à Fe-
 „sto Duplici vel Semiduplici impedi-
 „ta, sed faciendum de eo ipsomet
 „Die immediatè sequenti. Idemque
 „servandum esse, quando Semidu-
 „plex occurrit ipsomet Die Festo,
 „quod habet Octavam non Privilegi-
 „atam 30. Sept. 1679. Idem dic. si Se-
 „midup. cadat in Diem Octav. si hæc
 „infra aliã Octav. occur. Hæc cit. Au-
 „ctor. Vide dicta supra in Tit. de Fest.
 „Ascensionis, & quæ dicam infra P. III.
 „Tit. de Octavis, nec non Tit. de occur-
 „rentia, & translato. Festorum &c.

Si hodie factum sit de SS. Jo-
 anne, & Paulo MM: nec cras
 endum sit de Festo 9. Lectio-
 num aut de Dominica, sed de Die
 infra Octavam S. Joannis Baptistæ
 Vesperæ SS. Joann. & Pauli habet
 specialem Ritum contra Rubricam
 generalem de Concurrentia Obitu
 n. 4. (qui tamen ibidem significat
 verbis illis: nisi aliter signetur) de
 hodie, ex dispositione propriæ Ru-
 bricæ eæ integræ dicuntur de
 SS. Martyribus, ut ibi [Col. 1.
 de Die autem crastina infra Octav.
 fit tantum Commemoratio; con-
 sultioque juxta Rubr. Gen. & Tabulam
 Concurrentiæ dicendæ forent à Ca-
 pitulo de Octav. siquidem Semidup-
 concurrens in 2. Vesperis cum Die
 infra Octavam juxta dictam Rubricam
 & Tabulam Concurrentiæ dividit
 Vesperas cum ista. Sed quia ibi
 Martyres fuere Nobiles Romani, non
 Ecclesia Romana integris 2. Vesperis
 eos in tali Casu voluit honorare. Dixi
 autem 1. in 2. Vesper. nam 1. Vesperæ
 (ut ut cæteroqui nobiliores Secun-
 dis) non nisi à Capitulo de ijs dicitur
 tur, intellige ibi, ubi, uti in Eccle-
 sia universalis, habent Ritum scilicet
 modo Semiduplicem. Dixi 2. in tali
 Casu: nam si hoc Festum in 2. Ve-
 speris non concurrat cum Die tantum
 infra Octavam, sed vel cum sequen-
 ti Dominica, vel cum Festo alio Se-
 miduplici subsequente (uti facillè
 contingere potest, quando translatum

in Festum Ss. Martyrum) tunc in
Vesperis etiam ipsum sequitur
Rubricas Generales de Concurrē-
tia Officij, atque adeo etiam ipsa
dicendæ sunt à *Capitulo de Dominica,*
est *Festo Semiduplici sequente*, cum
Commemoratione Ss. Joannis, &
Pauli, ac Octavæ S. Joann. Bapt.
id quod rectè annotârunt Gavant.
Tom. 1. S. 7. Cap. 8. ad Diem 26.
Jun. & Arnaud. Tr. 2. P. 4. Tit. 29.
ad eundem Diem: practicavitque Di-
rectorium Romanum annò sæculari
1700.

27. Nisi hodie faciendum sit
de Festo 9. Lectionum (seu *occur-
rente*, seu legitimè *translato*) aut
de Dominica infra Octavam, aut
de Octava Corporis Christi, (utpo-
te digniore) aliquando cum Octava
S. Joann. concurrente, tunc hodi-
ernum Offic. & Missa dicuntur de
Die 4. infra Octavam Nativit. S. Jo-
annis eò modò, ac Ritu, quò 25.
Junij, & respectivè in Breviario hæc
Die. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat Dominica in-
fra Octavam S. Joann. Bapt. aut Octava
Corporis Christi misceatur Octavæ Na-
tivitatis S. Joann. Bapt. tunc Offici-
um, & Missa pariter ordinantur, ut
supra 25. Junij in hujusmodi Casu-
bus ordinari debere est declara-
tum.

Si hodie factum est de Octava
S. Joann. Baptistæ, tunc Vesperæ
hodiernæ usque ad Capit. erunt de

[Pars II.]

eadem Octava; at verò à Capitulo
de Festo sequenti S. Leonis Pap.
cum Commemoratione Octavæ S.
Joann. ut ibi, nisi Festum S. Leo-
nis veniat in Dominica, vel infra
Octavam Corporis Christi; tunc e-
nim id transfertur post Octavam Ss.
Apostolorum: in hodierno autem
Officio [dicendo de Octava S. Jo-
annis] si cras sit Dominica, legetur
hodie 9. Lectio de Homilia Vigi-
liæ Apostolorum cum Commemora-
tione ejusdem ad Laudes: *Missæ*
autem etiam Conventualis (non
enim tunc dicuntur duæ) dicitur
de ipsa *Vigilia* Apostolorum (adeo-
que discordabit ab Officio) uti no-
tatur post Festum S. Leonis, cum
Oratione 2. de Octava S. Joann. &
3. *Concede*, sed sine *Gloria* & *Credo*,
Præf. Commun. In fine *Benedicamus*,
& *Evang. S. Joann.* Color ve-
rò altaris sequetur tunc *Officium*, ac
proinde erit *Albus*, Vestium autem Sa-
cerdotalium &c erit conformis *Missæ*:
pro *Missæ* tamen Solenni convenit,
ut *Pallium* quoque altaris concordet
cum colore Paramentorum *Missæ*,
adeoque sit *Violacei* coloris. Gavant.
& Arnaud. ad Tit. 18. Rubric. *Missæ*.
Antequam hæc Typo mandarem,
quidam ea legens, quid ipse circa
modò Dicta sentiret, his verbis aperuit:
*Sæpius cogitavi, antependij dis-
cordiam à Casula bene quidem statui,*
eò quòd supponatur esse Chorus, in quo,
dum fit Officium de Octava, uique co-

[Bb]

lor

lor Ara bene congruit : si verò sit talis Ecclesia, ubi Chorus non habetur, putari posse concordare ; quis enim hic finis discordiæ ? verùm, cum nec Gav. nec alij Rubricæ XVIII. de coloribus Paramentorum interpretes, neque etiam Directorium Romanum (factum pro universali Ecclesia) nec denique Directoria Ecclesiastica Diocesana in Casibus, in quibus discordat Missa ab Officio, distinguant inter Ecclesias habentes Chorum, & inter non habentes Chorum, sed absolute asserant : in ejusmodi Casibus Colorem Altaris sequi (extra Missam solennem) Officium ; vestium autem, seu Paramentorum Sacerdotalium colorem debere esse Missæ conformem, nec ego auctim, usque dum aliud S. R. C. decernat, prædictam Antependij à Casula &c discordiam ad solas Ecclesias habentes Chorum restringere, idque contra Praxin antiquitus receptam ac observatam in hac nostra Provincia. Et verò si finem habet etiam in Ecclesijs non habentibus Chorum illa Rubrica, quæ præscribit, ut in Dominicis infra Octavas occurrentibus (nisi sint Dominica majores) color tam Altaris, quàm Paramentorum Sacerdotalium, discordet à colore, quem alioqui requirit tam Officium, quàm Missa illius Dominicæ, adeoque conformetur Festo, cujus Octava eo tempore currit, tamen de Octava illa eo die nec Officium dicatur, nec Missa, sed de Dominica ; finem etiam habere poterit in iisdem Ecclesijs Rubrica præscribens discordiam Antependij à Casula &c pro Casu, in saltè Officium Canonicum dicitur Octava, esto non etiam de ista dicitur Missa, ut nempe hæc Antependij quoad colorem cum Die infra Octavam conformitas etiam in tali Ecclesia indicium currentis hic & nunc Octavae uti est in Casu, quò in minore Dominica, infra Octavam occurrente adhibetur color Octavae, non autem Dominicæ currentis (quæ requiritur videm) conveniens, nempe albus vel Ruber, pro Qualitate Festi, cujus Octava celebratur ; aut si bonum est Ratio in oppositum allata, non apparet, quem finem etiam in Ecclesijs habentibus Chorum saltè illorum Altarium, ad quæ Horæ Canonice non cantantur, sed tantum celebratur Missæ, habeat Antependij à Casula Discordia ; nec etiam, cur pro Missa tantum solenni in ejusmodi Ecclesijs Pallij Altaris cum colore Paramentorum Missæ requiratur concordia, & non etiam pro Missa privatis, quæ ante & post decem Horas ad illud Altare dicuntur ? Ceterum cum Gavan. & Arnaud. tantum pro Missa solenni requirant Antependij Altaris cum eadem concordiam in tali Casu, supponunt ad quicumque aliam Missam colorem Altaris discrepare à Colore, qui convenit Missæ.

Ad *Vesperas* hodiernæ Diei quod
 videtur, si cras occurrat *Dominica* di-
 centur usque ad Caput. de Octava,
 ut verò à Capitulo de crastina Do-
 minica, cum Commemoratione O-
 ctavæ. Col. Alb. Si verò currat O-
 ctava Corporis Christi, tunc sicut
 hodiernum *Officium*, & *Missæ* fuerunt
 de Octava Corporis Christi, cum
 Commemoratione Octavæ S. Joann.
 ita etiam hodiernæ *Vesperæ* erunt *re-*
gulariter de eadè Octav. cum *Comme-*
moratione Octavæ S. Joann. Col. Alb.
 23. VIGILIA (cum *Jejunio*)
 SS. Apost. Petri & Pauli, ac Festum S.
 Leonis III. Pap. & Conf. semid. Col.
 Alb. Si Festum S. Leonis veniat die
 infra Octavam Corporis Christi (u-
 ti 1707.) aut ipsa Die Octava Cor-
 poris Christi, transfertur id (non
 tamen *Jejunium* & *Vigilia*) juxta Ru-
 bric. post Octavas, hodie autem, ni-
 si sit *Dominica*, sit *Officium* & *Missæ*
 prius de Octava Corporis Christi
 cum Commemoratione Octavæ S. Jo-
 annis & *Vigilia* in *Laudibus*, & *Missis*,
 nec non cum 9. Lektionem de Homil.
Vigilia, & ejusdem Evangelio in fi-
 ne *Missæ*, uti omnia notantur in Loco.
 Col. Alb. At verò in Ecclesijs Cathed-
 ral. & Collegiatis cantantur tunc
 due *Missæ* convent. una de Octava
 post Tertiam, alia de *Vigilia* post
 Nonam, uti notatur in Propr. San-
 ctur. post Festum S. Leonis, idque,
 ut populus ad *Jejunium* exciteretur
 per auditionem *Missæ* de *Jejunio*,

ut ex Gavant. notat Bauldryus in
 Tit. de Fer. & Vigil. In earum Priore
 dic. *Glor. & Cred.* Oratio 2. de Octa-
 va S. Joann. 3. *Concede* (si sit dies
 infra Octavam Corporis Christi;
 nam in die ipsa Octava 3. oratio non
 dicitur) sine Commemoratione *Vi-*
gilia. Præfat. de Nativitate Domi-
 ni, & in fin. Evang. S. Joann. Col.
 Alb. In Posteriore nec *Glor.* dic. nec
Credo, nec sit *Commemoratio* 2. O-
 ctavarum, sed oratio 2. *Concede* 3.
Ecclesia, vel pro Pap. Præf. Commun.
 In fine. *Benedicamus*, & Evang. S. Jo-
 ann. Col. Viol. *Missæ* reliquæ dic. de
 Octava Corporis Christi cum *Gloria*,
Cred. & *Commemorat.* Octavæ S. Jo-
 ann. ac *Vigilia*. Præfat. de Nativitate.
 In fin. *Ite*, ac Evang. de *Vigilia*. Col.
 Alb. Rubr. Gen. III. *Missal. recogni-*
ti. n. 2.
 Si idem hodiernum Festum S.
 Leonis veniat in *Dominica*, tunc
 ubi non habet altiozem Riturum trans-
 fertur post Octavam Apostolorum
 cum mutatione 3. versus in Hymn.
Iste Confessor &c. hodiernum verò *Je-*
junium de præcepto, unà cum *Vigilia*
 SS. Petri, & Pauli transfertur, seu
 anticipatur ad Sabbatum proximè
 præcedens, nempe diem 27. Junij,
 in quo *Officium* fit de Octava S. Jo-
 annis, cum 9. Lektionem de Homilia
Vigilia Apostolorum, ac *Comme-*
moratione ejusdem ad *Laudes* tan-
 tum, fumendo *Antiph.* & vers. de
 Feria occurrente ad *Benedictus*, ut in
 [B b 2] Plal.

Plalterio. *Missæ* verò *Sabbatò* illò non fiet de *Octava S. Joannis* : sed de *Vigilia Apostolorum* (adeoque discordabit ab *Officio*) diciturque, uti notatur in *Proprio Sanctorum*, post *Festum S. Leonis*, sine *Gloria & Credo* cum 2. oratione de *Octava S. Joannis*, & 3. de *B. V. concede &c.* ut in *Rubricâ Missalis* recogniti huic *Festo præfixâ*, & heri pluribus declaratum, quæ vide, & observa in tali Casu : hodie autem tunc juxta modò cit. *Rubric. dic. Officium & Missa* de *Dominica* occurrente, cum *Commemoratione* de *Octava S. Joann. Col. Alb.* Tamen autem in tali Casu anticipetur *Jejunium*, & *Vigilia SS. Apostolorum* ad *Sabbatum* hodiernam *Dominicam* præcedens, non tamen propterea anticipatur *Leitio*, seu *Denuntiatio Vigiliæ* in *Martyrologio*, sed sic eodem, quò alijs annis, Die, ut suprà ex *Gavanr. & Arnaud.* monui *Die 23. hujus.*

Eos, quibus à *sede Apostolica* est concessum, ut semel, vel plures singulis *Hebdomadibus* vel *Mensibus* possint dicere *Officium & Missam* de certo aliquo *Mysterio*, aut *Sancto* (v. g. *SS. Sacramento*, aut *sui Ordinis Patrono &c.*) *Diebus Festo* aliquo duplici, aut *Semiduplici* non impeditis, non posse id facere vi ejusmodi *Indulti* in *diebus* quarumcunque *Vigiliar. sive extra, sive intra Octav. occurrentium*, & sive habeant *annexum Jejunium*, sive non, constat

ex *Decreto S. R. C.* supra *Die 1. Febr.* occasione *Vigilia S. Mathie* legato.

Quocunque verò alio die hactenus *Commemoratis* veneris *sum S. Leonis*, sic de eo *Officium Missæ* (respective ut in *Commem. Confess. Pontificis*, ac proprio *Officio* cum *Commemoratione Octavae Joann.* nec non etiam *Vigiliæ* in *hodiernis Laudibus*, ac *Missâ* : dicitur que de eadem *Vigilia* etiam 9. *Lectio* in *Officio*, ac ultimum *Evangelium* in *Missis privatis*, Dico : *primam* in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* cantantur juxta *Rubricam* huic *Festo præfixam* duæ *Missæ canonicales*, una de *Festo* post *Teriam* cum *Gloria* sine *Credo* (nisi ubi *S. Joann. Baptista* est *Patronus* ; ibi enim ratione *Patrocinij*, non tantum *Gloria* sed etiam *Credo* dicitur per totam *Octavam S. Joann.*) ac cum *Commemoratione* de *Octava S. Joann.* nec non de *B. Maria* (per orationem *Concede*) tantum. *Col. Alb.* Altera autem *Missæ* tunc canitur in eodem *modi Ecclesijs* de *Vigilia Apostolorum* sine *Gloria & Credo* cum *Commemoratione B. Mariæ* : *Concede Nos &c.* & 3. oratione : *Ecclesiæ suæ &c.* vel post *Pap. DELL omnium &c.* uti notatur post *Dominicam* in *Alb. Col. Viol.* in *priore dic.* In *sine Ite*, in *posterioribus Benedicamus* : in *utraque verò Prælatio Commun.* & *ult. Evang. S. Joann.* *In Principio erat Verbum &c.* *Rubricâ* cit.

cio præfixa huic Festo, ex cujus Rubricæ 1. parte, uti & ex numero 1. ac Rubricæ Gen. III. ejusdem Missal. recte colligit Gavantus, si hæc, aut alia similis Vigilia occurrat infra hanc, aut aliam Similem Octavam alicujus Sancti, dicendas quidem esse 2. Missas Conventuales in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicto modò tunc, quando in tali Vigilia præter Diem infra Octavam simul occurrit Festum 9. Lectionum, de quo Die illo fit Officium (uti hodie de S. Leone, si non venit in Dominica) non tamen dicendas esse duas Missas conventuales etiam tunc, quando die illa infra Octavam, in quam incidit Vigilia, non simul occurrit Festum 9. Lectionum; tunc enim nequaquam (ut perperam ponunt quædam Directoria) cantandæ sunt duæ Missæ principales, una de Octava, altera de Vigilia, sed una tantùm, eaque de Vigilia perinde, ac Missæ private (quæ possunt discordant ab Officio, quod est de Octava) & in ea 2. oratio dicenda de Octava. 3. de B. Maria, Cæcile Nos &c. ut supra. Excipiunt tamen juxta Rubricam allegatam Gen. III. Missalis recogniti in 1. Octava SS. Corporis Christi, infra quam si occurrat Vigilia (v. g. S. Joannis, aut SS. Petri, & Pauli) in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis etiam tunc cantantur duæ Missæ conventuales, una scilicet de Octava

post Tertiam, alia de Vigilia post Nonam, quando die illa infra Octavam Corporis Christi nullum occurrit Festum 9. Lectionum, perinde ac duæ cantari solent, quando Vigilia aliqua (v. g. SS. Petri & Pauli) incidit in ipsam Diem Octavam illius, aut alterius Festi, vel in Festum aliquod 9. Lectionum.

Vespera hodiernæ dicuntur Ritum duplici 1. Classis de Festo seq. SS. Apostolorum Petri & Pauli cum propriis Antiphonis, & aliis in loco annotatis: Psalmi de Dominica, exceptò ultimò, qui est: *Laudate Dominum omnes Gentes &c.* & non fit in ijs Commemoratio S. Pauli (cùm Oratio sit utriusque Communis) nec Festi præcedentis, nisi sit Duplex 1. aut 2. Classis, nec Dominicæ antecedentis, si id cadat in Feriam II. nec denique Octavæ S. Joannis; bene tamen Dominicæ sequentis (si hodie sit Dies Sabbati) uti & Octavæ Corporis Christi, si vel infra Octavam, aut in ipsa Die Octava Corporis Christi occurrat respectivè vel Vigilia, vel Festum SS. Petri & Pauli. *Col. Rub.*

Quòd si alicubi Patronus loci, aut Titularis Ecclesiæ, inferiores Apostolis, puta Martyres, Confessores, aut ejusmodi concurrant hodie cum Festo seq. SS. Petri & Pauli, horum Festum, tanquam Apostolorum præferri debet, & habere Vesperas integras; tum quia Rubrica XI. n. 2.

[Bb 3]

hoc



hoc clarè præscribit ; tum quia inter Suffragia consueta Commemoratio Apostolorum præcedit Commemorationem *Patroni*, seu *Titularis*, nisi hic sit majoris Dignitatis, uti est B. V. ac S. Joann. Baptista ; tum quia in Oratione : *à cunctis* id ipsum accidit ; tum denique, quia hi 2. Apostoli habentur veluti *Patroni* universalis Ecclesiæ ex Durand. L. 7. C. 8. &c. Unde non solum in Officio magno primum locum habent in Suffragijs Sanctorum Communibus, sed etiam in Officio parvo B. Mariæ in Commemorationibus consueta. Ita Arnaut. Tr. 2. P. 1. Tit. 11. n. 3. ubi addit : Quod diximus de *Concurrentia*, idem dicendum de *Occurrentia* ; si enim in Die Festo Apostolorum Petri & Pauli occurrat *Patronus Locæ*, vel *Titularis Ecclesiæ*, ob easdem Rationes fiet de Apostolis, translatò Festò *Patroni* aut *Titularis*. Vide eundem ibidem Tit. 12. n. 10. ubi ait : habet integras utrasque Vesp. (*Patronus Locæ*, ac *Titularis Ecclesiæ*) nisi concurrat eum Festis Christi Primæ Chastis, aut B. V. Assumptæ, aut Dedicacionis propriæ Ecclesiæ &c. puro tamen (ut postea subjungit) quòd in concursu cum SS. Apostolis Petro & Paulo eis cedit *Patronus*, utpote dignioribus, ob rationes Tit. præced. allatas. Ita ille.

29. SS. PETRI, & PAULI Apost. Dupl. 1. Classis habens Octavam. Col. Rub. Offic. ut in Comuni A-

postolor. & propr. locò, sine Commemoratione Octavæ S. Joann. in propr. Ecclesia, cum Commemoratione tamen Dominicæ in quæque Vesperis, ac Laudibus, & 9. Oratione de Homilia ejusdem Dominicæ (sed prius ex ea, quæ aliquando est nona, & ex Octava faciendò) quando incidit in Dominicam : cum Commemoratione in Octavæ Corporis Christi, si incidit illam, aut in illa hodiernum Festum occurrat.

Missa propr. cum Gloria, Credo, & Oratione unica, nisi in *Dominica* (tunc enim de illa facienda est Commemoratio, ac in Missæ de eadem Dominica legendum Evangelium) aut in *Octavam*, vel in *Octava Corporis Christi* nam & hujus faciendà est tam in *Officio*, quàm in *Missæ*, de quoque Festo dicantur, Commemoratio. Præfatio de Apostolis. Col. Rub.

Vespera, ubi non est faciendum crastinum Officium de S. Paulo in propria illius Ecclesia, dicuntur hodie quoad *Antiphonas* & *Psalmos*ularum, ut in Comuni. Apostolorum in II. Vesperis : Capitulum verò, Hymnus, & Oratio, ut hec in I. Vesperis : Versus : *Annuntia verum Opera DEI*, ut in cit. Comuni. *Antiphona ad Magnificat* propria : *Blas Simon Petrus &c.* & non fit Commemoratio S. Pauli ; ob rationem hanc datam, nec Octavæ S. Joannis, bene tamen

tamen Octavæ Corporis Christi (si infra Eius Octavam, aut in ipsa Die illius Octava occurrat hodiernum Festum) uti & Dominicæ, quando hodie, aut cras occurrit Dominica. Ubi verò crastinum Officium sit de S. Paulo in Propria hujus Ecclesia, ibi hodiernæ Vesperæ dicuntur de illo sub Ritu duplici 1. Classis, uti necatur in Breviar. ante Diem 30. Junij, cum Commemoratione de S. Petro ut ibi, & post hanc Octavæ Corporis Christi, si hæc aut hodie, aut cras occurrat, non tamen Octavæ S. Joann. uti nec Dominicæ hodie occurrentis, bene tamen Dominicæ in crastinum subsequens, at pariter post Commemorationem de S. Petro.

Si COMMEMORATIO S. Pauli incidat in Diem Octavam Corporis Christi (uti annò 1707.) tunc licet illa per Rubric. Breviar. extra propriam Ecclesiam transferatur in 1. Diem infra Octavam, Dominicam aliquam, vel Festò 9. Lestionum non impeditam, in propria tamen Ecclesia non transfertur, adeoque hodiernæ Vesperæ adhuc ibi dicuntur de S. Paulo modò antè declarò; de Die Octava verò Corporis Christi sit hodie, & cras solummodo Commemoratio post Commemorationem de S. Petro. Col. 104.

Si in hodierno Festo SS. Apost. Petri & Pauli occurrat Patronus

Loci, vel Titularis Ecclesia, ipsis inferior, tunc ob Rationes heri indicatas fiet Officium cum Missa de SS. Apostolis, translato Festò Patroni, aut Titularis. Gavant. & Arnaud. ad Tit. de concurr. Offic. at

Quæres: quid agendum, quando Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli occurrit alicubi in Dominica, quâ eò in locò celebratur Festum anniversarium Dedicacionis Ecclesia, an scilicet hoc, an illud in tali Casu sit transferendum? Responder P. Gobat in Exper. Theol. Tr. 3. n. 696. appen. 3. lit. f. & g. Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli (idem est de S. Joanne Bapt.) haud dubiè cedere debere Diei Dedicacionis: etsi enim tam illorum, quàm hujus Festum sit 1. Classis, Dedicatio est dignior, ut ex Rubricis Breviarij post Tabellam occurrentiæ, & concurrentiæ Offic. liquet: utrobique enim exprimitur, posse, imò debere infra Octavam Epiph. dici Officium, aut fieri Comem. de Dedicacione, tunc occurrente, aut concurrente; cum tamen id non permittatur de Sanctis, nisi Titularibus; licet autem Rubricæ locis cit. videantur Festum Patroni seu Titularis præferre Diei Dedicacionis, quandoquidem illud nominant ante hoc; quia tamen (ut S. Thomas ex Comuni apud Gavant. Tom. 2. S. 3. C. 8. n. 7. docet) majus est Festum Dedicacionis Ecclesia, quàm tantum alicujus Sancti, adeoque præferendum

dum Patrocinio, ideo data Resolutio etiam ibi procedit, ubi Ss. Petrus, & Paulus sunt Titulares, vel Patroni. Ad rationem in contrarium responderet cit. Gobat. At petes: in quem Diem sit transferendum Festum Apostolorum in dato Casu? respondet rursus cit. Gob. lit. h. & l. non esse transferendum in Diem immediatè sequentem, Commemoratione S. Pauli suo Locò morâ (ut olim Nonnemi videbatur) sed clarâ Regulâ, ac Rubricâ Breviarij standum de Festis, quæ proprio Die nequeant aliquando celebrari, non nisi in Diem Officio 9. Lectionum non impeditur transferendis. Rationem in contrarium solvit cit. Gobat. cuius utique Resolutioni adhærere licebit, usque dum forsân aliud decernat S. R. C. Non enim deest, qui circa prædicta in quodam manuscripto aliter sentiat, ita scribens: *Videtur, attendendo Causam, cur Commemoratio S. Pauli specialiter celebretur, prius celebrandam de utroque: adde, quòd dicatur Commemoratio, quasi aliquid alterum Subsequens: aliud esset, si foret Titulus; tunc enim Nomen Festi sortiretur per Gavant. hic.*

30. COMMÉMORATIO S. Pauli Apost. Duplex. Col. Rub. Offic. in Ecclesia universali dic. ut in Comuni Apostolor. & propr. loco. In *Laudibus* fit Commemoratio S. Petri Apost. (ut ibi) ac postea Octavæ Nativ. S. Joann. Bapt. ante hanc

verò *Dominica* occurrentis, si incidat in *Dominicam*: de qua etiam tunc dic. 9. Lectio in *Officio*, & titulum Evangelium in *Missâ*, in partem de eadem *Dominica* fit Commemor etiam in Ecclesia propria

MISSA in Ecclesia universali similiter dicitur, uti notatur in Propr. Sanctorum hac Die, in *Gloria & Credo*. Orat. 2. de S. Petrus ut ibi. 3. de Octava Nativit. S. Joann. Baptistæ, nisi hodie occurrat *Dominica*; tunc enim 3. Orat. esse debet de *Dominica*, & 4. de Octava S. Joann. Baptist. Præfat. de Apost. fine *Evangel. S. Joann.* nisi occurrat *Dominica*; nam hac occurrente *Evangel.* erit de *Dominica*. Col. Rub. Si Commemoratio S. Pauli veritas infra Octavam Corporis Christi, tunc ante Commemorationem de Octava S. Joann. fit etiam Commemoratio de Octava Corporis Christi, tam in *Missâ*, quam in *Officio*. Atque hoc modò hætenus declarabitur fit *Officium*, & *Missâ* hodierna in Ecclesia universali, seu ibi, ubi S. Paulus non est Patronus, seu Titularis Ecclesie: at verò in propria ipsius Ecclesia dicitur *Officium* & *Missâ* hodie de Commemoratione S. Pauli sub Ritu duplici 1. Classis sine Commemoratione de Octava S. Joann. Baptistæ, cum Commemoratione nomen *Dominicæ* (si in *Dominicam* incidat) tam in *Officio*, quam in *Missâ*, nec non cum 9. Lectione de eadem

dem in Officio, ac ultimo ejus Evangelio in Missa. Similiter etiam in propria Ecclesia fit tam in Officio, quam in Missa Commemoratio de Octava Corporis Christi, si sæpius dicta Commemoratio S. Pauli veniat infra illam Octavam. Col. Rub.

Quòd si eadem COMMÉMORATIO S. PAULI veniat in ipsa Die Octava Corporis Christi, tunc extra propriam Ecclesiam transfertur Commemoratio S. Pauli in primam Diem infra Octav. Apostolorum, Dominicam, aut Festo 9. Lectionum, non impeditam, hodie autem fit tunc Officium, & Missa extra propriam Ecclesiam de die Octava Corporis Christi, sub Ritu Duplici, cum Commemorat. utrobique Octavae S. Joannis Baptistæ, & post hanc etiam Octavae Apostolorum, pro qua in Laudibus Antiphona: *Gloriosi &c. vers. In omnem Terram*: orat: *DELIS, qui hodiernam &c.* sine Commemoratione alia speciali de S. Petro, aut Paulo [cum Commemoratio prædicta utrique sit Communis] in 2. Vesperis: verò (dicendis de eadem Die Octava Corporis Christi, cum prima Commemoratione Diei Octavae S. Joann. Bapt. ut in 1. Vesperis Festi) Antiphona pro Commemoratione 2. de Octava eorundem Apostolorum est *Petrus Apostol. &c. vers. Confliteatur* Oratio eadem, quæ in Laudibus: *DELIS, qui hodiernam &c.* prout dicuntur infra Octavam eorundem,

[Pars II.]

ac notantur ante Diem 3. Julij, Col. Alb.

At verò in propria Ecclesia (h. e. ibi, ubi S. Paulus est Patronus Ecclesie) Commemoratio S. Pauli, utpote Titulus, seu Patrocinium Templi, ac Duplex 1. Classis, juxta heri jam insinuata non transfertur, sed ibi totum Officium à 1. Vesperis usque ad secundas inclusivè fit Ritu Duplici 1. Classis (idem est de Missa) ut supra, cum Commemoratione solius S. Petri, & diei Octavae Corporis Christi in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, omisâ Commemoratione de Octava S. Joann. Bapt. præterquam in 2. Vesperis, quæ licet in Ecclesia S. Pauli integræ dicantur de S. Paulo, ut in 2. Vesperis in Comuni Apostolorum, ac Proprio loco, cum Commemoratione de S. Petro, & postea primum de Octava SS. Corporis Christi, fit tamen in ijs post Commemorationem de Die Octava Corporis Christi, etiam Commemoratio de Die Octava Nativitat. S. Joann. ut in 1. Vesperis Festi. Quæ omnia constant tum ex propriis huic Festo Rubricis, tum etiam ex Rubr. Gen. X. & XI. à Gavant. Tom. 2. S. 7. C. 8. Die 30. Jun. deducuntur. Col. Rub.

Extra propriam Ecclesiam S. Pauli, nisi cras occurrat Dies Octava Corporis Christi, dicuntur hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum tam quoad Antiphonas, quam Psalmos,

[Cc]

sicut

ficut in Communi Apostolorum in II. eorum Vesperis; ac verò à Capitulo fit de Die Octava S. Joann. Bapt. ut in I. Vesperis Festi, cum Commemoratione SS. Apostolorum Petri & Pauli, per Antiphonam: *Petrus Apostolus &c. Versum constitues eos &c.* ac Orationem: *DEUS, qui hodiernam Diem &c.* utriusque Communes, ut ibi: quòd si hodie sit Sabbatum, fieri etiam debet Commemoratio de crastina Dominica, at tamen post Commemorationem de SS. Apostolis, non autem ante, ut rectè contra quemdam hic monet Gavantus; quia hæc 2. Vesperæ sunt duplices, atque adeo Nobiliores Dominicæ: & sic anno 1703. exactè observatum fuit ab Auctore Directorij Romani. Col. Alb.

Dixi autem: *Nisi cras occurrat Dies Octava Corporis Christi*: Nam, quando Dies Octava Corporis Christi, & Dies Octava Nativitatis S. Joann. Bapt. occurrunt eodem Die (quod tunc fit, quando Festum Corporis Christi, & Festum Nativitatis S. Joann. incidunt in eundem Diem) tunc juxta Rubr. Gen. Brev. X. n. 1. hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de Die Octava Corporis Christi: Dies autem Octava Nativitatis S. Joannis simul occurrens, tunc non transferatur, ut ut ipsum Festum fuerit translatum (cum juxta Commun. Regul. ibidem n. 2. & Rubr. post Tabellam Occurrentiæ extantem Dies O-

ctava nunquam transferatur) sed xta modo allegatam Regulam de Die Octava S. Joannis anno hodiernis Vesperis solummodo commemoratio, ut in 1. Vesperis fit, ac postea etiam de Apostolis, ut præ. Col. Alb. Et hæc de Officiis Missæ hodiernæ Diei: circa quam tamen duo etiamnum restant Dubia.

Primum dubium est: cujus Classis sit Commemoratio S. Pauli? Respondet hic Gavantus: non esse 1. Classis, nisi ubi est Patronus, vel Titulus; neque etiam 2. Classis, quia antea tit in Laudibus Commemorationum de Octava S. Joannis; non esse præterea Duplex Major; quia non habet integras utrasque Vesperas; non esse denique Duplex minor; quia Apostoli Festum est secundarium: est ergo (inquit) unica Classis, & unico debet nominari, non Festum. Ità Gavantus, cujus tamen Discursus Nonnemini a deo solidus (ut loquitur in Mantuopro) non videtur, jubetque penitus eas Rationes, ac pergit. *Estne mirum, quod non habeat utrasque Vesperas integras in concursu 1. Classis?* Estne Ratio, quod ideo non possit esse duplex commemoratio, quia Apostoli Festum est secundarium, quid hoc nomine intelligi? Quærit deinde An, si concurrat Duplex Commemoratio Commemoratio S. Pauli, item, si hæc sit Dupl. an totæ Vesperæ danda sint 1. tunc S. Paulo? videtur sanè absolute hoc velle-

...specialis, dum ait: Et totum Offi-
cium sit ut in propria Ecclesia: Deim
ut hoc ipso capite translationis tandem
facienda decidendum est, cujus Ordinis sit;
et inde colligi crederem, quod solum a-
lii translatis, v. g. S. Barnaba, sit pra-
ferendum; quia illud: primo Die in
Rubrica speciali sic specialem vim haberet
contra alia translata. Hæc illo; an
vero ea satis enerventur hujus, tum
etiam sequentis (quod pariter tan-
gent) Dubij Resolutionem, id e-
quidem Lectoris æqui Judicio deci-
dendum relinquo. Itaque

Secundum Dubium moveretur
Occasione Rubricæ, hodiernæ Diei à
Breviario Romano præfixæ, in qua
dicitur: Si Commemoratio S. Pauli veni-
at in Die Octava Corporis Christi (pro-
ut contigit 1707.) extra propriam
Ecclesiam transferendam esse Commemo-
rationem S. Pauli in primam Diem infra
Octavam Apostolorum, Dominicâ, vel
Festo 9. Lctionum non impeditam: cum
autem alicubi contingat, ut dies o-
mnis infra eam Octavam vel Domi-
nicâ, vel Festo aliquo 9. Lctionum
seu occurrente, seu saltem translato
antiquiore sint impediti, oritur jam
dubium, an Commemoratio S. Pau-
li, in die Octava Corporis Christi
occurrente, etiam in tali loco sit ce-
lebranda Die 4. aut 5. Julij, hoc est,
Die 6. aut 7. infra Octavam Apосто-
lorum, an verò ulterius transferen-
da in Diem aliam dicto modo non
impeditam post Octavam & prius

suadere, imò exigere videretur Rub-
rica modò allegata, diserte mandans,
ut in ejusmodi Casu Commemora-
tio S. Pauli transferatur in primam
Diem infra Octavam Apostolorum Do-
minicâ, vel Festo non impeditam: ne e-
nim frustranea sit hæc Rubrica, plus
sanè præcipere debet, quam gene-
ralis illa Regula, quæ præcipit, ut
Festum suâ propriâ Die impeditum
transferatur in proximam Diem non
impeditam Festo 9. Lctionum, seu
occurrente, seu prius translato: atqui
si Commemoratio S. Pauli cedere
debet Festis duplicibus etiam prius
translatis, Rubrica hæc sensum a-
lium non habebit, quam qui à Re-
gula generali comprehenditur, ut
scilicet ea transferatur in 1. Diem non
impeditam. Deinde non additur
frustra in eadem Rubrica: In 1. Di-
em infra Octavam: si autem æquè
cedat infra Octavam duplicibus an-
tè translatis, quam post Octavam,
voces illæ prorsus frustraneæ sunt;
per se enim celebranda est infra Oc-
tavam, si nulla antiquiora adsint
Duplicia translata. Accedit, quòd
videatur absurdum, ut totâ Octavâ
fiat de aliquo Sancto, de quo per to-
tam Octavam nunquam principaliter
celebratum fuisset Festum: hoc
autem fieret in S. Paulo, de quo
principaliter fit in Commemoratio-
ne ejusdem: ergo ad vitandum tam
hoc, quam prius absurdum, Com-
memoratio S. Pauli præferenda erit
[Cc 2] vli-

alijs translatis Duplicibus, in Casu saltem, quò etiam ipsa transfertur. Ità ingeniosè ratiocinabatur celebris quidam Rubricista meum super hoc dubio Sensum exquirere dignatus 15. Junij. 1707. quò alicubi nec Festum S. Barnaba duplex majus, nec Festum S. Viti duplex Diocesanium (utrumque antiquius translatum, quàm Commemoratio S. Pauli) poterat alicubi ante Diem 5. Jul. celebrari.

Responsioni tunc datæ inhærendo, censeo Ego, etiam in tali Casu, ac loco observandam esse Regulam, seu Rubric. Gen. X. Breviarij, quæ n. 7. ità disponit: *Si plura Festa 9. Lectionum transferenda sint, prius transferatur Duplex, & inter plura duplicia quod est magis solemne semper prius transferatur, & prius celebretur, alioquin, si sint equalia, unum ante aliud transferatur eò ordine, quò erant celebranda in proprijs Diebus*; id est (inquit hic Gav) *si equalis sint Ritûs, fiat prius de eo, quod erat prius in Calend. celebrandum*; id quod etiam tunc observandum est ex Decreto S. R. C. de anno 1696. 22. Decembr. quando inter Festa translata æqualis Ritûs est unum, quod immediatè præcedit illum Diem, quò rursus fieri potest de Festo aliquo translato, ità ut etiam tunc prius faciendum sit de Festo translato anteriore æqualis Ritûs, quàm de ferius translato, ità tamen, ut quoad Festa semiduplicia oc-

currentia in Dominicis infra Octavam ferretur id, quod eadem Rubrica Gen. X. de transl. Festor. n. 5. prescribit, ut S. R. C. in modò allegato Decreto declaravit, Teste Fr. Monacelli P. 2. *Formular Legal. tit. 13. pag. 67. n. 21.* factio ab eadem ad removendum eorum Eorum, qui Sensum Genuinum hujus dictæ Rubricæ Gen. X. non habuisse assequentes, existimârunt, quòd universaliter, ac etiam extra Calend. quò semid. incidit in Dominicam infra Octavam, de Festo translato sit observandum Officium Die immediatè sequenti, si ea Festò aliquò occurrerit non sit impedira, non obstante Festò aliò prius translato æqualis Ritûs etiamnum superstitè, eò nunc fundamentò, quòd Festum, quod uno tantùm Die transfertur, celebratur suo Die fieri; quia in ipso Die in quem incidit, si sequens non sit impedita, adhuc potest habere primas Vesperas, vel Commemoracionem: sed nullum hoc esse fundamentum (exceptò Casu, quò juxta dicta, & alibi dicenda Semiduplicia incidit in Dominicam infra Octavam, non aliò, Die 25. Mart. relatò) ostendunt Gavant. Tom. 2. S. 3. C. 10. n. 7. Guyer. Heortol. l. 4. C. 7. Bellus de Sac. Ritib. lit. O. n. 127. §. 4. vide dicenda infra Tit. de Translat. Festorum. Ad primam Rationem in contrarium Respondeo, eò ipso, quòd dicat Rubrica, in dato Calen-

Commemorationem S. Pauli extra propriam ejus Ecclesiam esse transferendam in diem primam infra Octavam, Dominicam, vel Festum non impediam, insinuari, si omnes sint impediti aliquod Festum (sive occurrente, sive translato, cum Rubrica non distinguit) transferendam omnino eam esse post Octavam: tamen autem de hoc jam satis superque disposuisse videatur Rubr. Gener. in Tit. de translato. Festorum, ac perinde quoad hoc minimè opus esse Rubricam insuper aliam Speciali; nec tamen absurda, nec Supervacanea est Specialis illius Rubricæ (diei 30. Jun. præfixæ) Dispositio; tum, quia novum non est, ea in proprijs locis repetere, quæ in Rubricis Generalibus Breviarj, vel Missal. jam antecedenter, & quidem sufficientissimè leguntur expressa, id, quod innumeris Exemplis doceri posset; tum quia partim ratione Sancti, de quo alioquin est hodiernum Officium, partim ratione Octavæ, infra quam occurrit, haud immeritò poterat dubitari, an non in Casu, quò, ob occurrentem diem Octavam Corporis Christi, Commemoratio S. Pauli proprio suo die celebrari non potest, celebranda illa sit, suo quòdam privilegio, vel die immediatè sequenti (nempe in die Octava S. Joann.) faciendo de hac solummodo Commemorationem in Officio, & Missa, prout fieri

debet, quando in diem illius Octavæ incidit dies Octava Corp. Christi, aut in diem Octavam Dedicationis Templi alicubi Dominicam 1. Octobris incidit Festum Rosarij, de quo Gavant. Tom. 2. S. 7. C. 12. & Bauldryus P. 4. C. 17? Vel primùm post totam Apostoli utriusque Octavam? Ad tollendum igitur rationabile hoc dubium præfixa est diei trigessimæ Junij Rubrica illa, tria nos edocens circa Casum, quò Commemoratio S. Pauli incidit in diem Octavam Corporis Christi. 1. est, eam in tali Casu non esse penitus omittendam, sed transferri posse in aliam diem. 2. Non esse de ea faciendum Officium die immediatè sequenti, nempe in Octava S. Joann. non obstante, quòd, si ulterius transferatur, fiat in Offic. & Miss. de Octava S. Pauli Commemoratio (Ipsi, & S. Petro Communis) quatuor diebus antè, quàm celebretur ejus Festum, quod paradoxum, aut forsan etiam absurdum alicui prima fronte videri queat, non tamen absurdum esse advertit Gavantus Tom. 2. S. 7. C. 8. circa fin. 3. Posse etiam transferri in diem aliquam infra illam Octavam, nullam Dominicam, vel Festum impeditam, non obstante, quòd ipsum Officium Octavæ perinde jam sit de ipso, ac est de S. Petro. Ratio ulterior Specialem Rubricam Commemorationi S. Pauli præfigendi potest insuper esse 1. quòd meritò dubitari

[Cc 3]

po-

potuisset, an separanda essent hæc duo Festa, cum aliàs nulla Dominica, nulla Octava separaret commemorationem S. Pauli, quando per annum sit de S. Petro, & vicissim. 2. Quia specialem Dispositionem requirit Festum, quod Classem inter duplicia nominatam non habet. Atque ex his patet etiam Responsio ad 2. Rationem in contrarium, quod scilicet allegata Rubricæ Verba non sint frustranea, nec etiam supervacanea ejusd. Rubr. sit Dispositio. Præterea, quod in ejusd. Rubr. dispositione signatè addantur hæc verba: *infra Octavam*, id etiam eò fit, quia quando Rubricæ (utpote principaliter factæ Pro Regulandis Officijs Calendarij Ecclesiæ universalis) aliquid statuendo non faciunt mentionem aliquam, exceptionemve *Proprie*, aut *Particularis Ecclesiæ*, earum Dispositio facta censeri debet pro *Occurrentijs*, aut *Concurrentijs* Festorum, prout eæ contingant in *Ecclesiâ universali*, non autem in *Ecclesiâ aliqua* duntaxat *particulari*: ac per accidens: cum ergo Dies 6. & 7. *infra Octav.* Apost. (id est dies 4. & 5. Julij) in dato Casu non sit impedita aliquâ Dominicâ, aut Festo respectu Ecclesiæ universalis, ideo Rubrica in diem *infra Octavam* dicto modò respectu Ecclesiæ universalis non impeditam jussit eâ transferri. Id quod confirmari etiam potest à Pari: Per leges Rubr. diei 2. Nov. præfixæ, si dies 1. post Fest.

omnium Sanctorum fuerit Dominica, deber Officium Defunctorum alioqui diè illa recitandum, ex decreto Urbani VI. transferri in sequentem Feriam II. adeoque in diem 3. Novembris, & tamen dies illa Lunæ, seu 3. Novembris alicubi sit impedita Festo aliquo præcepto, hoc est, in foro celebrato (quale enim per Festum de præcepto hoc cò intelligitur) Officium Defunctorum in ejusmodi loco transferri debet unâ cum Missis in diem 4. Novembris non obstante Festo 9. Leticij (quale in Ecclesiâ universalis est S. Carolus) Die illa occurrenti uti videre est apud Gavanti. Scilicet C. 13. ad diem 3. Novembris, ubi eaque dixi, traduntur etiam postquam Festum S. Caroli Borrom. donatum est Ritu duplici de præcepto ab Alexandro VII. uti constat ex recentiori Editione Gavanti cit. c. 15. ad diem 4. Novembris die autem 3. Novembris per Festum de præcepto (ut consideranti parebit) intelligit Festum habens annexam obligationem, seu *Præceptum audiendi Missæ, & abstinendi ab opere servili*, adeoque Festum fori, non autem solius Civitatis, aut prout opponitur Festo ad Libitum familiare namque est Scripserunt Italici, usitatâ etiam ipsi Curie Romanæ phrasi, ea Festa, quæ nos in Germania vocamus *Festa fori* appellare *Festa de præcepto*, ob annexam illis Præceptum audiendi Missam.

Eracandi ab opere servili; ut no-
etiam P. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr.
n. 654. &c. Sicut ergo

Rubrica Brev. asserens genera-
liter, transferendum esse Officium
Defunctorum in diem 3. Novembr.
horum Commemoratio occurrat
in Dominica, intelligenda est de
tunc facienda translatione in Ecce-
sia universali, non autem in hac, aut
in particulari Ecclesia, pro cujus à
Communi Regula exceptione (quan-
do Die 3. Novembr. occurrat Festum
feri) eadem pugnat ratio, quæ pro
Dominica, ita pari modo se res habet
in nostro Casu. Et verò si mens
est Ecclesiæ per sæpius allegatam
Rubricam statuere, ut Commemo-
ratio S. Pauli, quando proprio suo
die celebrari non potest, non nisi Die
aliquo infra Octavam etiam tunc cele-
bretur, quando omnes illi dies aut
aliqua Dominica, aut Festo aliquo 9.
Lectionum (seu occurrente, seu trans-
lato) sunt impediti, non modò id
clarè exprimitur, sed etiam mone-
re debuit de Festo alio (seu occur-
rente, seu translato, alioqui tunc ce-
lebrando) in aliam diem in ejus-
modi Casu transferendo, prout ex-
primit, ac monet, quando Septua-
gesima venit in prima Dominica
post Octavam Epiphaniæ, in Rubr.
eum Breviarij, quam Missalis, qua-
rum illa præfigitur Dominicæ I. post
Epiphaniam, hæc verò Dominicæ
II. post eandem Epiph.

Ad ultimum, quod addit
Respondeo cum Gavanto S. 7. cit.
C. 8. ante finem, Negando assum-
ptum; quia Festum S. Pauli celebra-
ri jam coeptum est cum Festo ipsius
S. Petri, cum quo etiam commu-
nem habet in Officio & Missa, utri-
que collectam, seu Oracionem, esto,
sine proprijs S. Pauli in Laudibus
Antiphonis, Lectionibus, & Responsorijs,
tunc fuerit celebratum: quia tamen
illæ non omnino sunt racendæ, ideo,
quando Officium, & Missa de Com-
memoratione S. Pauli dici suo die
non possunt, rectè in diem aliam
non impeditam (sive intra, sive ex-
tra Octavam) eæ transferuntur.

Sententiæ hæcenus à me pro-
pugnatae videntur etiam suffragari
Bauldry, & Arnaudus in Epit. Tr.
2. P. 4. Tit. 29. die 30. Jun. ubi ait:
Si ob occurrentem diem Octavam
Corporis Christi transferatur Com-
memoratio S. Pauli in diem 4. Julij,
aut in aliam, non impeditam Festo 9.
Lectionum, totum Officium à primis
Vesperis usque ad secundas inclusi-
vè fieri debere, ex Decreto Breviarij
ultimò recogniti, uti in propria Ecce-
lesia (omissa tamen Commemoratio-
ne Octavæ S. Joann.) die illa, in
quam ea transfertur, sit una ex
illis, quæ veniunt infra Octavam,
an verò ex ijs, quæ occurrunt post
Octavam, uterque præscindit, &
tan-

tantum requirunt, ut non sit una ex impeditis Festo 9. Lctionum.

At Dices: per hoc quod juxta Rubr. X. Gen. & haecenus dicta, si plura Festa 9. Lctionum transferenda sint, prius transferri debeat Duplex, quam Semiduplex, & inter plura Duplicia id, quod magis est solenne &c, nondum satis responsum esse ad praesens Dubium, ac Quaestum, in eo versans: An Commemoratio S. Pauli in Casu, quo transferri debet, praefenda sit alijs Festis

jam prius translatis, adeoque comparanda sit Duplicibus majoribus an verò minoribus? R. Cum Commemoratio S. Pauli in 2. Junii speris concurrens cum duplici re (Die nempe Octava Nativitatis Joann. Baptistae) cum hoc die Vesperas, sufficienter colligi, et quoad hoc aequiparari Duplicibus lummodo minoribus, atque adeo jus Translationem regulandam juxta Rubric. X. saepius allegatum de Translat. Fest. n. 7.

TITULUS VII.

Singularia Festorum Mensis Julij, qui habet dies XXXI.

2. **D**IES OCTAVA NATIVIT. S. JOANN. BAPT. Duplex min. Col. Alb. Officium (nisi hodie occurrat dies Octava Corporis Christi, aut alicubi Festum altioris Ritus v.g. Dedicatio Ecclesiae) dic. in Die Octava S. Joann. ut in Festo, exceptis Lctionibus, quae in I. Noct. dicuntur de Script. occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri Regum nondum positum, uti contrigit 1704. quò Directorium Rom. hac Nocte posuit Initium Libri 3. Regum ex Dominica 7. post Pentecost. quâ ob occurrens in ea Festum SS.

Petri, & Pauli poni eò anno non poterat. In II. Nocturno legatur prout norantur in propr. loco. III. Noct. dicuntur, ut in die Festi nisi illae, quae alioqui Secunda, aut quarta die infra Octavam legantur erant ex S. Ambrosio, ob occurrentem in alterutra illarum Dominicam aut Festum loci particularis, legi non quiverint: tunc enim in die Octava S. Joannis (si hodie fiat de ea) III. Noct. legi poterunt ad variationem, & ad libitum ex eodem S. Ambrosio illae, quae ob dictam Casum nondum sunt lectae alterutra illarum Dierum